

B. M. II. 75.  
A. 13, 7.

X 1876060

105  
A.

II R  
1678

Sweden.

VELITATIO  
DE *Electores.*

SEPTEM

*Sacr. Rom. Imperij*

OFFICIALIBUS,

*In quâ de Electoribus Imperij Ger-  
manici materiei fundamentum breviter  
& dilucide monstratur.*

Autore

EMILIO CHREGGRENE  
*Saxone.*



Typis exscripta Anno æræ  
Christianæ 1623.

VERITATE

SEPTEMBER

1791

OFFICIA LIBRARI



1791

NUMERO CHARACTER

1791



Typographus

Christoph

Fragment of text from the reverse side of the page, including words like "su", "in", "gr", "sib", "re", "ri", "m", "pr", "no", "al", "ni", "da".





B. F.

# Affertio prima.

**P**erpetua ista in omnibus rebus lex est, ut  
 ad summum perducta rursus ad infimum,  
 velocius quidem, quam ascenderunt, vela-  
 bantur. Natura hoc quod vides regnum  
 mutationibus temperat: nullo serena  
 succedunt: turbantur maria cum quie verunt: flant  
 invicem venti: noctem dies sequitur: pars caeli con sur-  
 git, pars mergitur; inquit Seneca epist. 107. usque adeo nil  
 sibi quisquam spondere potest firmum ac stabile. Qua-  
 re inter precepta vite politica, quae vetustas gravi auto-  
 ritate tradidit, hoc quoque saepe repetitum est: non te-  
 mere esse mutandas veteres leges; Et omni tempore  
 prudentes gubernatores, quanto potuerunt studio, non  
 necessarias mutationes legum & rerum publ. cavuerunt  
 aliqua parva etiam incommoda condonari consuetudi-  
 ni, ne mota republ ut agro corpore, mala majora acci-  
 dant, incalcarunt.

Non facile  
 mutandae ll. in  
 Republica.

2. A primis recip. Theutonice structuris ad va-

A 2

rios in



quos in eadem exortos motus, mutationes, morumque  
vicissitudines si quis animum appulerit, divinam provi-  
dentiā factum aestimari oportet, illā serie ceteris regnis  
formidabile atque venerandum subinde hoc Imperium  
fuisse. Multa eadem, ut de pristina naturā non ni-  
si indicinis conijci possit temporis tractu viribus suis im-  
minuta deprehenduntur, plurima in versa & simbus e-  
jecta, quo neque minimum momentum dignitatis splen-  
dori afferebant, neque inferioris sortis cives majorum i-  
mitatione parum ad obsequium sponte suā invitabant.

Electores  
de  
Officiis curiarum  
Germaniae ex anti-  
quioribus seculis  
constat.

Officialis  
S. R. Imperii

de  
Vocabulo offici  
et quid significet  
est  
Persona publica

Officia curiarum Imperii Germanici retroactis seculis  
qua fuerint, ex ritibus in Comitibus publicis, quibus hodie  
peraguntur, animadverti, vix sciri, potest. Ea, quod di-  
borum dignitas in republ. Theutonica, suprema sem-  
per habita, ut plenius percipiantur, de Officialibus Impe-  
rii Germanici paululum placet disquirere.

3. Igitur à Definitione auspicandum opinor: Offi-  
cialis S. R. Imperii, est Princeps imperii, Imperatori ad ostē-  
sionem, alia suae magnificentiae in solemnibus Curijs Im-  
perii nomine deserviens.

4. Officialis verbum terendo Latinum plerique fe-  
cerunt, Joh. Bodin. est republ. lib. 3, c. 2. & ab officio de-  
scendens quamlibet notat personam, quae munus publicū,  
lege definitum, gerit: sive imperandi vi polleat, Bartol.  
in l. de pupillo §. si quis ipsi Praetori. ff. de Oper. nov. nunc.  
Uld. Zasius in l. Jurisperitos in pr. ff. de exculat. tutor. sive  
ab omni illud imperio sit vacuum, lib. 1. & 12. Justi-  
cian.

110  
dianus passim. Eiusdem originis Officiati Officiarii: voce  
synonymas habet. Germani æmuli ein Officierer di-  
cunt. Officialis Imperij Theutonici etsi uno vocabu-  
lo designari nequit; appellatio tamen ex Aucta Caroli 4.  
Imp. Bulla Constitutionibus muneris magis quàm po-  
testatis est: Moribus autem jurisdictionem includit.  
Archimareschallus civile siquidem & criminale ex-  
ercet iudicium. Germ. des heiligen Reichs Umpf-  
teute Imperij officiarij nuncupantur. Archigram Co-  
loniens. in descript. instit. colleg. Elect. Principes Offici-  
ati regni. Amand. in lib. de prim. act. à Frider. in Imper.  
peract. Primates Otto Frising. de gest. Frideric. 1. lib. 2. c. 10.  
Primates regni Theutonici. Auctar. Sigebert. Officia-  
les curie imperialis. August. Triumph. de potest. Eccles.  
q. 35. act. 2. Proceres officiales imperij. Marfil. Patavin.  
de trãstat. imper. c. 11. Officiales Imperatoris. Bald. in  
Margarit. verb. annus. Archipalatini, Palatini Archi-  
duces Christoph. Gevvald de Septemvir. c. 7. Officia ipsa  
des heiligen Reichs Umpf- Auct. Bull. c. 29. Offici-  
ales Palatij priscorum Carolingorum Impprret. Pala-  
tini vocati fuerunt; eiq; vel maiores. vel minores  
erant. Adalhard. in lib. de ordinat. Palat. Deniq; in de-  
finito verba Imperij Romani, Germanici, Romano-  
Theutonici legum publicarum stilo commiscetur. A. B.  
c. 1. §. 2. in pr. ibi: Sacro Romano imperio. Et R. J. Wor-  
matiens. de anno 1521. in pr. ibi: Und andern Ständen des N.  
Römischen Reichs. R. I. August. de anno 1566. §. 1. ibi: Im  
heiligen Reich Teut. cher nation. Reformat. judic. Westph.  
A. J. Wormat.

Wormat. de anno 1495. §. 1. ibi: Des yet beflumpten Römischen Reichs und Teudischer nation...

5. Genus in definitione Princeps Imperij est. Circa quod attendenda, sexus, natales, Patria, status.

*Fœmina  
non possunt esse  
officiales in Impio*

6. Fœmina licet feudorum capaces sint, c. unic. §. filia. de success. feud. 1. F. 8. C. unic. de feud. foemina. 2. F. 30. non minorum solummodo sed & regalium. Jul. Clar. §. feudum. q. 73. n. 5. Uld. Zasius part. 5. Feud. n. 65. & Principis vocabulo scribantur. Tob. Paurmeister. de jurisd. Rom. Imper. lib. 2. c. 9. Ab officijs in Romani Imperij prorsus removentur: Tum, quod a fœmina ab omnibus officijs civilibus vel publicis arceantur. l. foemina. 2. ff. de R. J. Tum, quia specificè & expressim ad feuda hujusmodi non vocantur. c. unic. de natur. succ. feud. 2. F. 50. Ingelstadiensis ap. Gylman. Synoph. tom. 2. p. 1. vot. Tum, quod feuda curiarum masculina sunt. Specul. Suevic. lib. 2. c. 115. ad quae mulieribus aditus est preclusus. c. unic. §. etsi clientulus. de alienat. feud. 1. F. 13. c. unic. §. similiter. de leg. Conrad. 2. F. 34. Tum propter expressum textum in est. A. B. C. 25. Sic Alberto Wenceslao filio Archimareschallo anno 1422, rebus humanis sine masculina prole exempto Fridericus Marchio Brandenburgensis filij sui Johannis, Rudolphi Electoris Saxoniae gnatae in matrimonium tenentis honore, Witebergae & omnem electoratus regionem Sigismundo Imp. Fridericum Misniae Marchionem infeudante, frustra occupavit.

*Impio  
officialis nativitate legitimus esse debet.*

7. Imperij officialem nativitate legitimam esse oportet, A. B. C. 7. non naturalem, c. unic. §. naturales. si de feud.

feud. defunct. cont. 1. F. 26. nec legitimatum: cum lex le-  
 gitime natos & ex corpore legitime descendentes re-  
 quirat. A. B. d. c. 7. ibi: ehlichen geboren. ubi legitimitati  
 etiam per subsequens matrimonium ō veniant. Bald. &  
 Schenck. Baro ad. d. §. naturales. Anton. Gabriel. comun.  
 conel. lib. 6. tit. de legitim. concl. 1. in tantum, ut feudi-  
 ante concessi inhabiles judicentur legitimi, interce-  
 dente matrimoniali copulā, nisi qui illo constante proge-  
 niti sunt. Andr. Knichen de vestit. pact. p. i. c. 1. n. 80. & seqq.  
 Hartm. Pilt. de feud. q. 41. p. 1. Herm. Vult. lib. 1. c. 9. n. 94. de feu.

Exteri vero investiri de feudo curiarum ne que-  
 rent. sed soli Germani beneficio hoc digni habentur, Spe-  
 eul. Suev. lib. 1. c. 29. §. 2. c. venerabilem. ext. de elect. junct. A. B.  
 20. Ad quod juramento Caesar astringitur, ne alijs  
 quam Germanis Officia Imperialia conferat. Capitulum  
 Imper. §. vlt. s. vlt. vlt. vnser Königlich vñ des Reichs Empter.  
 Germanorum a. hoc loco intelligimus eum, qui in Germani-  
 niā natus est. Cap. Imper. d. 1. Imò iura strictius rem pro-  
 sequuntur, alterutrumq; parentem etiam Germanum  
 requirunt d. Sp. Suev. lib. 1. c. 29. §. 2. Qua ob id propter spe-  
 cialiorem decisionem verba capitulationis ad se referē-  
 do restringunt. In toto namq; iure generi per speciem  
 derogatur. l. in totode. R. 1. & constitutio generalis nun-  
 quam speciali derogat. Bart. in l. sanctio. ff. de poen. lason.  
 Consil. 12. lib. 3. etiamsi specialis precedat generalem. l. si  
 ita fuero. ff. de novat. l. petens. C. de pact. loh. Decius  
 in d. l. in toto. ff. de R. 1. Ferè Idem Protestantes  
 anno 1532. ex iuribus Imperij Theutonici de Rego  
 R. no

Exteri  
 non possunt esse  
 officiales Imperii  
 sed Germani

omnis  
 Circa  
 nic. 3.  
 F. 30.  
 Clar.  
 5. &  
 de ju-  
 mant  
 ab o-  
 emi-  
 ad  
 succ.  
 m. 2.  
 Spe-  
 pra-  
 13. c.  
 rex-  
 eslai  
 sine  
 den-  
 conia  
 o-  
 cum  
 vit.  
 se o-  
 si de  
 feud

Romanorum afferbant, Et articulo Item das auch  
Feiner. 8. Suiſfurtensi cavebant, neminem ad Impe-  
rium ſublimandum, qui non immediatè à Principe Ger-  
manica nationis eſſet prognatus. Quod laius ali-  
quantò effert Johan Sleidan. lib. 8. comment. p. 206. ad  
mentem ſcilicet Proteſtantium non equidem accommo-  
datè. vel eod. fat. d. p. 206. Verùm ab hoc capite an-  
no 1534 per transactionem Cadanicam deſtiterunt, Et  
Ferdinandum I. Modina in regno Caſtelle Philippo  
Rege procreatum ut pote poſt mortem parentis in pote-  
ſtatem avi paterni Maximiliani I. Imp. reſaſsum,  
Regem Romanorum recognoverunt.

*Clerici  
feudorum  
olim non  
hodie ſt ca  
paies.*

9. Clerici militia intuitu jure feudali communè  
feudorum inhabiles eſtimantur. c. unic. §. qui clericus. §.  
de feud. defunct. cont. 2. F. 26. Curt. Jun. de feud. part. 3.  
memb. 2. n. 13. cum miles Chriſti non poſſit eſſe miles  
ſeculi. c. unic. de vaſall. milit. 2. F. 21. obſervatiã tamẽ in-  
ſequenti contrarium eſt inductum. c. extraſmiſſa. ext. de  
for. compet. lac. Menoch. Conſil. 231. Reinhard. differ. jur.  
civil. & Sax. part. 3. diff. 21. ſi q̄ ſervitium tale ſit quod li-  
citè, decenter Et honeſtè per clericum expediri poſſit,  
omninò ad beneficiorum inſtituram admittuntur.  
Alvarot. in d. §. qui clericus, & ibid. Præpoſit. Lud.  
Schrader. de feud. part. 4. c. 2. n. 3. Et ſecularibus præfe-  
runtur, ordinis quando qualitas ſingulariter eſt cle-  
rici. arg. c. unic. verſ. perſonam. per quos fiat inveſt. 2. F. 3.  
Sollicito verò vctuſtas clerico, literarum perſtiores Lai-  
ci puta



178.

vis putabat, quod illi teneantur literas scire. vid. Concil.  
Lateran. sub Leon. X. celeb. unde Cancellariorum Im-  
perij dignitas solis clericis deferebatur. Eckhard. Jun.  
de Cas. Monast. S. Galli. c. 11. Notg. de gest. Carol. Magn.  
lib. 1. c. 4. quæ ex feudo successores respiciens, utpotè  
Ecclesia data ad Laicos transire hæcenus non valuit.  
c. sine exceptione. 2. q. 2. c. abbas. de offic. deleg. Sicut  
contra Curiarum feuda secularia à clericis possideri  
nequeunt. A. B. c. 7. Albertus senior Saxonia Ele-  
ctor, cum jam à Pontifice designatus esset Pataviensis  
Presul, literas apostolicas, quibus ei provisum erat, acce-  
ptare recusavit, renunciando literis ne electionis &  
Archimareschallatus munus amitteret; Qui fratrem  
quoque inhabilem affirmavit, quod sacris esset initiatus.

10. Furiosi, mente capti, eò quod ipsi servire ne-  
queant, similiter amandantur. A. B. c. 25. §. fin. c. unie.  
an mutus. 2. F. 36. Item qui alterius notabilis defectus  
existunt, propter quem non deberent aut non possent  
hominibus principari d. §. fin. c. 25. quales insuper sunt:  
Proscripti & banno imperiali percussi, quia bannitus  
amittit ea, quæ sunt juris civilis, utpotè communis  
omnium hostis, & ex numero civium Romanorum de-  
lectus, præsertim, quando de ejus commodo agitur, l.  
emissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. minut. Authent.  
item nulla. C. de epile. & cleric. Andr. Gail. de Pac. publ.  
lib. 1. c. 6. At filij numquid, feloniam in Dominum à va-

B

vasallo

ad feud.  
Furios  
mente capti  
Proscripti Ban-  
niti Aliis fe-  
di 54. Capu-  
ces.

ad feud:

Si pater feloniam committat, an filii feudo ex pacto et providentia priventur, quod negatur.

salto patre commissa, de feudo re vestiendi, mutua feudistarum secessione varie disceptatur. Benignior videtur sententia a feudum ex pacto et providentia taliter perditum filios admitti. Salicet. in l. 2. n. 5. C. de libert. & eor. lib. Uld. Zasius de feud. part. 10. n. 96. cum seqq. Anton. Quetta Consil. 22. n. 10. Gaill. d. 1. lib. 2. c. 14. n. 7. Quia munus generis est, non donum patris. Bald. in c. unic. § insuper. n. 5. de prohib. feud. alienat. per. Frid. 2. E. 52. quae verò non à patre sed à genere, à civitate, à rerum natura tribuuntur, et manent filijs incolumia. l. cum qui. 3. ff. de interd. & re legat. Quia in illis non jure transmissio sed proprio Marte vocatio dirigitur, et ex jure proprio non personam patris veniunt. Zas. dict. part. 10. Hinc dicitur venire successor ut ex tunc, non ex nunc. HERN. in c. unic. n. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. Curt. Senior Consil. 50. n. 17. Matth. Wesembec. Consil. 50. n. 7. In Germania Principum feuda, Electorum maxime. A. B. C. 7. ex pacto et providentia beneficia sunt. Francif. Pseil Consil. 78. n. 71. Andr. Kniché de vest. pact. part. 1. c. 2. n. 25. Proscripti F. F. D. S. tres filij impuberes paternam ditionem, executionis sumptibus deductis, receperunt. Henrico Superbo, Saxonia Septemviro bannito filioque aetatis defectum patientem relincente, cum Archimarescalla: n. Electoratus Alberto quidem Marchioni Brandenburgensi collatus, nihilominus Henricum Leonem in paterna Friderico I. Imp. restituit.

Germania  
principum et  
electorum  
nam feuda sunt  
ex pacto et provi  
dentia

179  
aituit. Reatus parentis sese immiscentes liberi culpa  
participes tenentur.

II. Porro cum his ipsis feudis nec hereticis quicquam est commune, arg. l. 4. l. ii. l. 18. (de heretic. c. fin. ext. eod. Ubi parum divertendum. Et num, qui ex usu Calviniam dicuntur, heretici increpandi, perspicendum Ordines Romani Imperij in perpetuum super veteri Romanâ Catholicâ religione et Augustanâ confessione, ad communem Germaniæ tranquillitatem, ad mutuamq; statuum Imperij sincerioris confidentiæ affectionem inter sese anno 1522. Passavij transegerunt, atq; anno 1555. in formam pragmaticæ sanctionis transactionem redegerunt, ut sub umbone Palladij hujus Germaniæ utriusq; religionis socij ab omni injuriâ tuti cives reipublicæ sint atq; estimari debeant. d. P. R. per tot. Quare cum Confessionistæ non inter se, sed cum Pontificijs, pacificationem inierint, quoties Status aliquis Imperij nomen suum apud istos vel illos fidei tutores profitetur, adversa parti, de illius cum eorum religione, ad quos accessio facta, consensu, cognitio concedi nullâ ratione potest et debet. Electori Palatino Rheni Friderico III, cū Augustanæ Cōfessionis sectatorib. in doctrinâ de S. Cœnâ quando non convenire videbatur, Pōtificij ex pace religionis in publicis comitijs anno 1566.

B 2

illum

ad Feud. Felonia

Leatui

parentum se immiscentes culpa participes sunt ad Feud.

Heretici

feudorum non st. capaces.

illum excludi contenderunt, non solum nihil effecerunt,  
sed Caesar eo nomine ab A. C. Statibus responsum est  
nactus: Ihr May: könnten auch leichtlich ermässen/  
dass der Augspurgischen Confession Verwandten  
Ständen nicht gebühren wolle/ andern/ so in der  
Religion mit ihnen nicht gleichstimmen/ setzt oder  
känfftig d; Brtheil heim zusetzen/ wenn sie dafür halo-  
ten vnd achten/ der dem wahren verstand der Augo-  
spurgischen Confession mit seiner meinung sey zugeo-  
than. Resp. Stat. A. C. ad Max. II. num Pal. sic Stat. Au-  
gust. Confess. *Recte namq; in propriâ causâ quem ju-  
dicare posse jura & aequitas vetant. l. 17. ff. de jud. &  
iniquum admodum est in re propriâ alicui licentiam  
tribuere sententia. l. unic. C. ne quis in propr. caus. Ponti-  
fex a. Romanus caput romanae ecclesiae & veterum ca-  
tholicorum diverse religionis anathemate Bullâ; quam  
vocat, J. Coena quotannis ferit. Excommunicamus &  
anathemizamus ex parte omnipotentis Dei & nostrâ quos-  
cunq; Hussitas, Lutheranos, Zwinglianos, Calvinistas,  
Hugenotos, ac eorum credentes, eorumq; receptatores, aut  
fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac le-  
gentes eorum libros sine auctoritate nostrâ; & Eos, qui se  
ab obedientia nostrâ pertinaciter subtrahunt vel recedunt.  
Bull. vid. ap. Navarr. Azpilcuet. Tom. 3. p. 269. cujus  
execrationis effectus est, ut sit excommunicatio ipso ju-  
re & facto. Gregor. de Valent. tom. 3. disp. 1. q. 11. quâ  
absq; ulteriori cognitione in damnatos cuiq; animad-  
verto.*

Beginn

Excommu-

nicatio et Anathe-  
mizatio Pontificis,  
quae fit quotannis  
contra Hussitas,  
Lutheranos, Zwing-  
lianos, Calvinistas  
ac Hugenos.

vertere liceat d. q. n. Quam sententiam iccirco acce-  
 pturi essent coram Pontificiorum tribunali, qui Luthe-  
 ranis se ad sociare & Pavisus opponere studerent, ver-  
 bis minimè eget. Si a. nulla certior est interpretatio  
 eã. que fit ab ipso disponente. Decian. resp. 100. n. 7. vol.  
 2. & resp. 84. n. 29. vol. 3. Paris. consil. 14. n. 24. volum. 2.  
 adeò ut ne quidem ex consuetudine aut statuto, Roland.  
 à Valle Consil. 79. n. 56. lib. 3. nec ex natura actus vel  
 negotij alia interpretatio admitti debeat. Rol. à Vall.  
 Consil. 62. n. 13. lib. 3. Augustanae Confessionis seclã  
 rij suam ipsius confessionem omnium optimè interpreta-  
 buntur, quidq; ab illã heterogeneum, quidvè homogene-  
 um, enodabunt. Quis n. disponentis enigmata sol-  
 vere, & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is,  
 cui soli statuentem esse concessum est. arg. l. 12. §. fin. C.  
 de LL. c. cum venissent. de judic. Gylman Symph. tom. 1.  
 part. 1. tit. 3. vot. 3. Deniq; natura congruit, ut quod  
 quis in se approbet, in alio non possit reprobare. l. in are-  
 nam. C. de in offic. test. equitas n. in paribus causis pa-  
 ria jura desiderat. c. unic. de. allod. 2. F. 54. In veteri  
 a. catholica religionis sectatores quomodo in singulis  
 fidei dogmatibus conveniant, à Statibus A. C. non inqui-  
 ritur: Ergo nec Pontificijs adversus hoc idem licebit.  
 Hoc ipsum argumentum A. C. Ordines Maximiliano  
 II. Cas. in Comitijs anno 1566. reposuerunt: Es wolt è

B ij

auch



auch Ihr May: sich gleicher gestalt erinnern/ daß  
 auch bey dem Päbstlichen theil im Hauptartikel die  
 Rechtfertigung vor Gott betreffend/ vund vielen  
 andern/ nicht in alle orten gleichmäßiger weise ge-  
 halten vnd gelehret werde. Resp. A. C. num Pal.  
 sit Stat. A. C. Anno 1590. exorta fama, quasi auli-  
 cum Imperatoris iudicium censuram in ordines A. C.  
 sibi sumeret, & quisnam illius Confessionis status sit,  
 pronuntiare contenderet, Electores seculares eã de cau-  
 sã graviter apud Rudolphum II. Imp. conquesti sunt,  
 & nihil tale à Prædecessorib. suis attentatum expo-  
 suerunt: At Cesar ejus rei notionem vel se, vel  
 aulicum senatum unquam sibi arrogasse prorsus infici-  
 atus est. Kayf. Mayt. erklärung vund beschaid auß der 3.  
 Welt. Churf. anbring. de dat. 27. Jul. anno 1590 §. So wils  
 ten sich auch. Fure igitur optumo maximo Calviniani  
 in societatem à Statibus Augustanae Confessionis ha-  
 Etenus recepti, ac cõtra Pontificios in omnibus Comitijs  
 defensi & propugnati, Pace Religionis fruuntur, atq;  
 ad Officia Curiarum Imperij aspirant. Sic privile-  
 gijis avitis gaudent, ad circulares, deputationum, visi-  
 tationum ac Imperij conventus admittuntur, Regem  
 Romanorum temporale caput Ecclesie cum collegis  
 creant, super constitutione religiosã in Camera Imper-  
 riali activè & passivè tractant, collectæ Imperij, Ca-  
 mere & contra Turcam abijsdem exiguntur. Atq;  
 titulo

Calviniani  
 hodie in Societate  
 a Statibus A. C. st.  
 recepti, et q̄ Pontif.  
 eos defenduntur.  
 feudorum et Offici-  
 orum curiarum et  
 capite. nec non  
 omnium jurium  
 etiam Eximiorum  
 sunt capaces.

7  
 titulo & nomine statuum Augustanae Confessionis  
 ab Imperatoribus Romanis subinde insigniuntur ceu  
 post. autorem des Aufs. Discurs: Warum sich die Cath. von  
 Span. und Jes. abj. sollen pag. 103. 104. experientia &  
 acta publica testimonio omni exceptione maiore fatentur.  
 Ut quo animo in Magistratus suis sint; eorumq; a-  
 ctiones contra oppressores Patrie adornatas suspi-  
 ant, videant, qui per utramq; pag nam dissensum Lu-  
 theranorum & Calvinianorum ad Pacem religiosam  
 referendo excogitant.

Aeterno encomio digne mentes Friderici Regis  
 Danie in literis ad Johannem Georg. Electorem  
 Brandenburgensem de dato Kronenbergs den 4. Julij  
 anno &c. 85. ubi inter cetera inquit: Bund wol  
 gut aussiehens in der zeit dabey zu haben / vonnö-  
 then sein mö hte / Damit nicht dermahl eins / wie  
 der freisch / vnd die mauß / ober ihren Krieg den Wen-  
 hen zur Speisen: Also auch die Evangelische  
 Stände / ober ihrem Theologischen gezänck / dem  
 Papst / vnd seinem anhang / ehe dann sie sichs ver-  
 sehen / zum raub gedeyē / Joachimi Friderici Admi-  
 nistratoris Magdeburgensis per Germaniam Primas-  
 tis in literis ad Electorem Saxoniae de dato Hall den  
 24. Decembris anno 1586: Darumb achten Wir es  
 dafür / so wiederig vns auch die Calvinische meynig  
 de. 11.

Calvinus  
 quorundam Regū  
 et principum, quod  
 Lutherani Persecu-  
 tio Calviniana  
 conveniat.



Vom Nachemahl ist) Daß man sie sonst als Mitglieder  
 der nicht verlassen soll/ vnd geschicht offte/ daß auch  
 vnser Leibsglieder nicht alle gesund/ Sondern eines  
 in dem/ das ander sonst brest: vnd mangelhaft ist/  
 Aber gleichwohl wirfft es keiner hinweg/ eines die-  
 net dem andern/ curires vnd heileis. Et paucis in-  
 teriectis lineis: Wie auch eben dieser vrsachen wegen  
 hohe zeit were/ daß wir die Stände der Augspurgi-  
 schen Confession, der noch summer wehrenden ärgerli-  
 chen *disputation* vnter vnsern *Theologis*, welche unge-  
 achtet der so Christlich wolgemeinten *Concordia*, je  
 lenger je beschwerlicher fortfahren/ ein ende/ nach  
 löblichem Exempel *Constantini*, macheten. *Lutheri*  
 & *Zwinglij sociorumq;* *Colloquia Marpurgensis de*  
*anno 1529. Collocutorum transactis singulis articulis*  
*caventium.* Vnd wievol wir vns/ ob der wahre Leib  
 vnd Blut Christi leiblich im Brodt vnd Wein sey/  
 dieser zeit nicht vergleicht haben. So soll doch ein  
 theil gegen dem andern Christliche lieb/ so fern jedes  
 gewissen immer leiden kan/ erzeigen/ Vnd beyder  
 theil GOTT den Allmechtigen fleißig bitten/ daß  
 er vns durch seinen Geist in dem rechten verstand be-  
 stättigen wolle.

Origo  
 officiorum cui  
 arum s. *Electora-*  
 lium est antiq<sup>u</sup>ssi-  
 ma.

12. Unde digressa est, nunc redeat oratio. Origo  
 officiorum antiquissima est. Onuph. Panvinius de Co-  
 mic. Imper. etate *Ottobonis Magni Imp.* ortā ecclesia-  
 sticā



122

stica existimat, ut si Italiam ingrederetur Imperator,  
Coloniensis privilegia imperialia ederet & subsigna-  
ret, si Germaniam, Moguntinus: Si Galliam, Tre-  
virensis Archiepiscopi. Contrarium tamen ullo sine la-  
bore ex diplomatibus Casareis observatur. Nam sub  
Otthone II. Imp. Eckbertus Cancellarius ad vicem  
Willigisi Archicapellani diploma Ratispona nota-  
vit; Hildebaldus vice Willigisi Archicapellani Ve-  
rona. Sub Otthone III. Imp. anno scil. 989 Hilde-  
baldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Ar-  
chiepiscopi recognovit Francfurti, anno 999 Hiriber-  
tus ad vicem Willigisi Roma. Certè, à Caroli Magni  
ad Otthonis III. Imp. usq; et a tunc inclusive officia re-  
cognoscendi & notandi literas & privilegia Impera-  
toria ac Regia ad arbitrium Casaris nonnullis deman-  
dabantur, & qui sacro scrinio præessent, præficien-  
tur; Ab Henrico vero sancto Imp. immutato ordine,  
quoties in Germaniâ Casar subsisteret. Moguntinensi  
Archiarista, si in Italiâ, Archipresuli Coloniensi,  
in Galliâ quando commoraretur, Trevirensi Archi-  
episcopo jus recognoscendi & subnotandi competijt.  
Christoph. Gevvold. de Septemvir. c. 6. Quæ etiam  
subscribendi consuetudo post tempora Friderici II Imp.  
Onuph. Pavin. de Comit. c. 6. neutiquam desijt, sed  
huc usq; viguit probe observata, quem admodum vel ex  
C solis

35  
solis Imperij Recessuum sub Carolo V. Ferdinando I.  
Maximiliano II. editorum subnotationibus videre  
licet. Idem de Secularibus Imperij officijs constat, il-  
la quoque prioribus temporibus temporaria à Caesaris  
voluntate dependisse. In actu Coronationis Aquis-  
granensi Otthoni I. Imp. Camerarius, Dux Griseb-  
bertus Lotharingia: Dapifer, Dux Eberhardus Fran-  
conia: Pincerna, dux Hermannus Suevia: Mare-  
scallus, dux Bavaria Arnolphus ministrarunt. Wit-  
tichind. de gest. Saxon. lib. 2. Quedlinburgi electo Regi  
Otthoni III. servierunt Henricus, Bavaria Dux, ad  
Mensam: Conradus, Suevia & Franconia, ad Ca-  
meram: Hezil, Palatinus Rheni, ad Cellarium: Bern-  
hardus, Saxonia Dux, equis praesunt. Dithmar. lib. 4.  
Georg. Fabric. lib. 2. orig. Sax. fol. 13. Postea à perpetua  
facta ad heredes descenderunt; Andr. Knich. de Sax.  
non prov. jur. verb. Electorum c. 1. Sub & ab Ottho-  
ne, mirabili mundi cognomine, Imp. Marq. Freher. de  
Origin. Palatin. part. 1. c. 15. Ducem equidem Bohemiae  
Imperij pincernatum hereditariè & in perpetuum ab  
Otthone 3. nactum. ex Bullâ Henrici Sancti Imp.  
offerit Joach. Cluten in Syllog. rer. quotid. conclus. 24. lit. o.  
Ob strenuam contra Crescentium navatam operam,  
Bennonem Marescallatum ex Otthonis munificen-  
tiâ ad heredes transsumpsisse, non nemo refert. A-  
lexan-

Alexander III. Papa in edict. de reconcil. cum Imp. ap. Dn. Goldast. tom. 3. conste. Imper. fol. 355. Marchio-  
 ne Brandenburgensem Camerari titulo exornat. Cun-  
 radus Palatinus Rheni, Friderici I. Imp. etate, supre-  
 mum se Imperij Dapiferum scripsit, Mart. Cru. in  
 annal. Suevor. lib. 7. c. 4. Speculum Saxonicum (quod  
 compilatum circa Friderici II. Imp. imperium. Petr.  
 Heig. qq. illustr. part. 1.) officia Imperij assignat, qui-  
 bus per Auream Caroli IV. Bullam injunguntur,  
 lib. 3. artic. 58. Cum quo convenit Abb. Stadens. ad an-  
 num 1240. Deniq; Officia Ecclesiastica ab Henrico  
 Claudio Imp. aduq; perpetua fuerunt, Christ. Gevold,  
 de Septemvir. c. 6. eodem iocircò tempore Secularia  
 quoq; sempiternam naturam adeptam necesse est.

Coniunctum n. perpetuitate donata sunt PP. EE. in  
 decr. elect. Maximil. I. Imp. in protocoll. elect. tit. 5. ibi:  
 Ist das Römische Reich darnach zu der Chur unser Churfür-  
 stenthumb/ vnd erblichem Erkompt des Heiligen Reichs/ vn-  
 widerrufflich befohlen. Facta est hac distributio, ac  
 Officiorum Imperij ordinatio Romæ, Crescentio su-  
 spenso Johanne Pseudopapâ excommunicato, ac Gregorio V.  
 Pontifice restituto, paulò ante obitum Imperatoris.

Er-

r.  
 re  
 il-  
 ris  
 is-  
 el-  
 in-  
 e-  
 it-  
 gs  
 ad  
 a-  
 n-  
 4.  
 ra  
 x.  
 o-  
 de  
 ie  
 ab  
 o.  
 o.  
 n-  
 A-  
 a-



13. Error ferè pervulgatus est, Imperij munera  
ab Episcopo Bambergensi in feudum Electoribus con-  
ferri; Rarior iste, quòd de Electoratibus investire dica-  
tur ap. Martin. Hoffman in Chron. Bamberg. M. S. lib. 1.  
Casp. Brusch. in catal. Epif. Camberg. Cyriac. Spangenberg.  
in Chrò. Mansfeld. c. 161. p. 162. Casp. Peucer. lib. 4. Chrò.  
Posteriore ut sponte sua evanescente, Marq. Freher. ad  
D. de Andlo lib. 2. c. 15. prior venit discutiendus. Expe-  
ditum a. est, officialia Imperialia in feudum non sepe  
nominatim collata fuisse. In Bernhardum Anhal-  
dinum Fridericus II. Imp. tractatum Saxonicum ac mu-  
nus electoratum contulit. lit. invest. dat. Ratisponæ.  
Waczlao I. Regi Bohemæ Fridericus II. Imper.  
regnum Bohemæ cum omni honore ac dignitate, civitati-  
bus, castris, villis & terris eidem regno pertinentibus, & cum  
omni jure, quo Rex Pater ejus idem regnum rationabiliter  
cognitus est possedisse. tenendum & possidendum con-  
firmavit. lit. invest. dat. in civitate Melfic, anno 1231.  
Ottocarum Bohemæ Rex à Richardo Romanorū Rege  
de principatibus Regni Bohemæ & Marchionatus Mora-  
viæ, & omnibus feudis, dictis duobus principatibus attinen-  
tibus investitus est. lit. invest. dat. Aquisgrani anno 1262.  
Ottocarum Bohemæ regni Principem Rudolphus I. Imp.  
de regno Bohemæ, suisq; attinentijs, nec non de Marchio-  
nato Moraviæ, cæterisq; omnibus, quæ à Rudolpho Imp. &  
Imperio in feudum de jure obtinuit infudavit. lit. invest.  
dat. Viennæ. anno 1276. Cum a. pragmatica Aurca  
Bulle lege Carolus IV. Imp. jura Imperij in ordinem  
red-

redigebat, & in melius reformabat, jus ac vocem eligendi Rom. Regem, nec non officium cum annexis terris adamantino vinculo inter se copulabat, etate insequenti imperialia munera expressè ab Imp. in feudum erogari deprehensum fuit. Sigismundus Imp. de Archidapiferiâ Ludovicum Palatinum Rhem Aquisgranis in feudavit. Bull. Sigismund. de Palatin. §. 3. Buda Friderico Misnia Marchioni Archimarescallatum gratiosè cōtulit. lit. invest. dat. Bud. an. 1425. Uladislavus Bohemorum Rex à Friderico III. Imp. Archipincernatum feudi lege adeptus est. lit. invest. dat. Viennæ an. 1477. Et invictiss. Ferdinandus II. modern. Imperator gloriosissimus tanquam Rex Bohemiae à Matthea I. Imp. prædictum pocillandi officium in beneficium accepit.

14. At Henricus Hungarorum Apostolus Imp. cum comitatum Bambergensem in Episcopatum crexisset, pro summo affectu, quo locum illum fovebat, ceteris privilegijs grandius quòd adderet nō offendit, quam ut Officiales Imperij Quatuor viros iisdem officijs & ministerijs episcopatus suo dedicaret. Marq. Freher ad Andlo de Rom. Imp. lib. 2. c. 15. Mart. Hoffman. Chron. Bamberg. lib. 1. Quod sericem Diva Cunigundis filium, Casp. Bruschi in Catal. Episcop. Germ. p. 236. Papenbergam muro cingi vetans, Andr. Presbyt. in Chron. Bavar. p. 32. ornamentum tam sanctum esse non potuit

Electoris  
Episcopo Bambergensi  
per Subofficia  
ut serviant.

ra  
n-  
ca-  
d. r.  
nb.  
rō.  
ad  
ca  
er  
al-  
u-  
er.  
r.  
ti-  
m  
ce  
n-  
rā  
ge  
a-  
a-  
sz.  
p.  
o-  
se  
st.  
e  
m  
li-



ut Imperii officiales ad sui ministerium in personam alli-  
ceret, sed per subofficiarios ex equestri ordine suum  
honorem stabiliri contentum esse oportuit. Archipin-  
cerne locum supplet ille de Nuffis: Archidapiferi, de  
Pommersfeld. Supremi Marescalli partes de Eba-  
net: Archicamerarij, de Rosenhân gerit; Freher.  
d. lib. 2. c. 15. Exercentur a. toties, novus quoties E-  
piscopus designatur, Andr. Knich. de Sax. non provoc.  
jure verb. electorum. c. 1. n. 101. Et fiducia lege ab Offi-  
cialibus Electoribus recognoscuntur. procuratore peten-  
te investituram more hactenus insolito: Episcopo re-  
spondente, se investire more solito, Knich. d. c. 1. n. 102.  
Tandem subofficiarijs à Quatuor viris subinfeudan-  
tur. Anno 1269 ad Dapiferiam Ecclesie Bamber-  
gensis spectarunt, Castrum Hochinstain, Advocatia bo-  
norum et hominum oppidi Narspruck, Vilseck, Aur-  
pach, Pagentz, Uelden, et omnia attinentia eorundem.  
lit. invest. Ludov. Elect. Palat. à Berchtold. Episc. dat.  
Reservantur nihilominus in d. lit. investit; Seniori,  
Advocatia civitatis Vilseck cum agris, pratis, pa-  
scuis et aquis, ipsam civitatem specialiter respicienti-  
bus, et servitia, quae Tagdiensi vulgariter nuncupan-  
tur; Insuper jubetur, ne Luavicus ullam munitionem,  
aut castrum, in bonis collatis erigat.

15. Res, quae Officialibus S. R. F. in feudum  
conco-

Tempo  
quando serviant.

Quae  
olim ad mensam  
Episcopi Bambergensis  
pertinuerunt.

Wolff  
Wolff

conceduntur, sunt ipsa Imperij munera. An verò  
 & quæ illis adhaerent, NON LIQUET. Mo-  
 dus, vasallis feudum conferendi, varius semper fuit;  
 Aut n. verbis investitura fiebat, aut bastâ, annu-  
 lo, chirothecis, libro, pedo pastorali, sceptro, vel alio  
 corporeo etiam levidensi, de quibus FF. ad c. unic. quid  
 sit investit. 2. F. 2. Sunt & feuda Vexillorum, A. B. C.  
 5. quæ cum banderijs conferuntur. Landrecht lib. 3. art.  
 60. ibiq; gloss. Mauritius, Saxonie Dux, quando in  
 Comitij Augustanis anno 1548 Elector publicè re-  
 nunciaretur, decem ei vexilla, pro numero feudorum  
 vexillorum, præferebantur, Job. Sleid. lib. 20. Comment.  
 Fridericus, Misnia Marchio, vexillis & scuto Ele-  
 ctoratum Saxonie Buda familia primus adiecit. lit.  
 investit. dat. Buda. Aula Caesaris banderiorum so-  
 lemnia negligit: An quòd hujusmodi feuda, ut Imperij,  
 extra publica Comitia privatim tradi æstimetur? An  
 quia vexillorum ritus ad feudi novi acquisitionem  
 spectat? Sic absq; banderijs in Comitij Electora-  
 tus renovationem Palatinus Septemvir gladio acquisi-  
 vit; Melch. Goldast. in Reichhandel. Archiepiscopus  
 Trevirësis in Augustanie Comitij per gladiũ investi-  
 tus fuit, Petr. Fleischmã. in descript. Com. Aug. de an. 1582.

Les  
 quæ Electorib; ob  
 officia Bambergæ  
 na gceduntur, non  
 sunt certa.  
 de  
 modo investendi  
 horum officiorum.  
 de  
 Feudis, quæ Vexill;  
 conferuntur,

An

An deniq; arbitrio Principum vexillorum pompa re-  
lictâ? Inter Marchiones Brandenburgenses & Po-  
merania Duces anno 1529 transactio intercessit, ut  
quotiescunq; Duces Pomerania vestituram innovent,  
Marchiones Brandenburg. quoq; vexillum simul pre-  
bendant in tessera successione futura. Dav. Chytræ. lib.  
12. Chronic. fol. 365. Non n. magnis absq; sumptibus ca-  
peragitur, cum banderia, peracta in vestitura inter a-  
stantem turbam projiciantur, Germania consuetudo si-  
bi poseat. Joh. Sleid. lib. 20. comment. Ideoq; privilegij  
Regis Bohemia à Friderico III. Imp. an. 1462. inser-  
tum, quòd, quando investituram sibi Rex petit, cum so-  
lemnitate & banderij confertur, expletis solemnitati-  
bus, banderia ipsi minimè laesa, fracta aut lacerata re-  
stituantur. Et quamvis apud Frider. Hordleder. de  
bello German. lib. 3. c. 85. Mauritius Saxo de Archima-  
rescallatu ense ut officij caractere investitus dicatur;  
ceremoniam tamen illam de in possessionem missione  
intelligit Sleidan. d. lib. 20. Hodie unis literis Septem-  
viratus, Electura, Officium, Principatus hereditarij,  
& quæ eò referuntur, Electoribus appropriantur, Das  
Churfürstenthumb / die Chur vnd des Erh N. ampt  
des Heiligen Reichs / mit allen Fürstenthümen /  
Landt Manschaften / Herrschafften / geistlichen vñ  
wellichen / Erzen / Bergwercken / geleit / Wildbä-  
nen / Waidneren / Zollen / Ehrenrechten / Würde /  
Zierden /

Electura  
q; quomodo ho-  
die conferantur



Zierden / Hohen vñ Nieder gerichtē / Gerichtszu dno  
gen / vñ allen andern Herrlichkeiten / Recht vñ ge  
rechtigkeiten.

16. Substantia Officialium, in eo, quod Imperato-  
ri ad ostensionem altæ tuæ Magnificentiae in publicis Co-  
mitijs Imperij nomine deserviant, acquiescit. Est Ari-  
stocratiæ benè constituta ratio, inquit Bodin. de Republ.  
lib. 2. c. 6. ut, quò plus honoris, eò minus Imperij tribu-  
atur, & qui plus imperio possunt, minus honoris adi-  
piscantur; Quòd præterquam apud Venetos decre-  
tum dicat, ibid. Bodin. Duci honorem pro Imperio et-  
iam Veneti conferunt; Is n. pro summo labore ho-  
norem, dignitatem & speciem regiam habet, ornatus  
corporis regius est, vestis purpurea vel aurea, vela-  
men linteum pro regio diademate, & supra capitium  
purpureum limbo aureo ornatum, cuius pars, quæ occi-  
put tegit, in cornu formam assurgit: Sedet Princeps, re-  
liqui coram eo detecto capite stant: Litera publica sub  
ipsius nomine prodeunt. &c. Ubique Regis speciem  
intueri possis, potestatem nunquam. Calp. Contaren.  
lib. 2. de magistr. & republ. Venet. Poloni quoque, si quæquã  
alia gens, serviles Regi ceremonias exhibent, & in  
nullius nisi Regis personam majestatis crimen commit-  
ti statuerunt, Thom. Dresner de process. Polon. tit. de jud.  
Sic Germani magnificã verborum Oratione ad Impe-

Electore.

Substantia

sequitur Officialium, consistit  
in ostensione seu  
vultu in publ.  
comitijs.

In  
Aristocratiâ ply.  
honoris quæ Imperij  
tribuitur summa  
quod confirmatur  
exemplis venetorum

Polonorum.

Germanorum.

D

ratoe



ratores subinde utuntur: Creatores ipsi, Proceres  
Imperij columna, se Imperatoris subjectissimos *Aller  
vnterthänigste* / *Cesarem clementissimum Dominū,  
Allergnädigsten Herrn* / imò Sacram Majestatem  
profiteantur, ut inferioribus nihil sit relictum, quò subje-  
ctionem, habito conditionis gradu, exprimere queant.  
Adhuc dapes, vinum, aquam ad abluendas manus,  
et nonnulla alia servitia exhibentes Imperatori ap-  
ponunt; A. B. c. 27. Ut Imperium Theutonicum aliàs  
aristocraticum, unius majestate regi, nò ex solà im-  
perandi potestate majestas rerum publicarum intelligi  
debeat, quis estimare possit. Et de officijs his pera-  
gendis Septemviri adeò sunt solliciti, ut per alios ex-  
peditis auctoritatem et decus Imperij minus sibi habe-  
ant persuasum. Ordines Protestantes capitibus, jura  
regni complectentibus, anno 1532 annumerarunt: ut  
neq; Caesar neq; Romanus Rex in Italiã, Galliã, cæ-  
terisve locis exteris Electorum insignia præferri, nec  
officia sinat exerceri, nisi per Electores, aut ipsorum  
Legatos. Artic. Suinfurt. art: Das auch. Vid. etiam gra-  
vam. Imperij de anno 1552. Neq; aliter quàm certis  
intervenientibus causis, Imperatoris Officiales auli-  
cos hereditarijs Imperij Officiatis substituendos, E-  
lectores nuperrimè in L. Regiæ repetitione concessere-  
runt. Quasi, quòd honor sit honorantis non hono-  
ralis

B

rati, tantò augustior fiat persona Imperatoris, quò  
 plus ab Imperio per supremos Officiales ipsi honoris  
 exhibeatur. Imperium n. supra Imperatorem esse  
 non ambigitur. Maximilianus I. Imp. in Comitijs  
 Constantiensib. de anno 1507, Ordinibus exposuit,  
 Imperialem coronam ad pompam magis & ostenta-  
 tionem, quàm ad Imperatoris aut imperij decus à  
 Pontifice peti & accipi, cum satis omnibus cognitum  
 esset, maiestatem Imperij Germanorum in Proceri-  
 bus, non in Imperatore positam esse. Et Imperium  
 Imperatori summam ad ceteros Reges auctoritatem  
 conciliare, aiebat Hassia Landgravius ad Granvellanum.  
 Quarè, Alphonsus, Arrogoma & Neapoleos Rex,  
 suis de Regibus censionem interdicens, Nos omnes  
 reges inquitabat, debemus reverentiam Imperatori,  
 tanquam summo Regi, ille est caput & Dux Re-  
 gum. Panormitan. de dict. & fact. Alphons. Reg. lib.  
 4. n. 4. Hinc primus inter omnes reges locus ipsi ubi-  
 que terrarum omni tempore absq; controversiâ fuit  
 concessus, & cum ceteri reges Legatos apud ipsum  
 residentes habeant, ipse nullus, nisi ad Pontificem,  
 mittit. Da. Henricus Arnisæus de jurib. maiestac.  
 lib. 1. cap. 2. Etenim Carolus V. Imperator se  
 in Germaniâ Regibus, in alijs regnis & provincijs

Impium  
 est supra Im-  
 peratorem.

D 2 servis



servis ac mancipijs imperare judicabat; Honor verb  
et Majestas imperantis subditorum dignitate non so-  
lum augetur, sed etiam ejus status potentior, magis  
honorabilis, magisque timendus efficitur. Bald. in c. in-  
tellecto. n. 5. de jure, ur. Andr. Knich. de sublim. & reg. terr.  
jur. c. 1. n. 5.

Electores

Officialium

dignitas in Impio  
suprema semper  
fuit

17 In Imperio a. Officialium dignitas suprema  
subinde fuit: Ceteris Principibus semper prelati, pri-  
ma in confessa ordinum loca ab antiquo occuparunt.  
Christoph. Reiman Chron. Spirens. lib. 5. c. 3. Unde eo-  
rum excellentia ipsa Electorali major: Cum propter  
istam jus creandi Rom. Regem Septemviri possideant.  
Abb. Stadenf. in Chron. an. 1240. August. Triumph. de  
potest. eccl'es. quest. 35. art. 2. Martin. Polon. in Chron.  
pag. 344. Marsil. Patavin. de Translat. Imper. c. 11. Simon.  
Schard. de origi. Elector. c. 1. quod de Rege Bohemia in-  
super doceat. Elect. Adolph. Nassov. de anno 1292. pro-  
bat, ibi: Und was dessen ihres Königes sittem/daran er sich sonst  
als ein Churfürst/ond bey der Känserlichen wahl der Erbschenck  
macht zu gebrauchen hat/&c. Ex quo trita apud Histori-  
cos profluxerunt voces, Palatinus eligit, quia Dapifer. :  
Saxo, quia Marecallus. In cujus quoque recognitionem  
Creatores Imperij, omisso Electoris titulo, officiorum  
nomina primitus tantum usurpabant. Andr. Knichen.  
de Sax. non provoc. jur. verb. electorum, c. 1. n. 209. & seq.  
Utrisque deinde dignitatibus combinatis predicatis plu-  
rimis ceperant illi frari: sunt palmites imperiales, et  
ejus membra propinquiora, A. B. 10 pc. Per eos velut  
Septem

Propter  
Officia sunt Electo  
res

Septem candelabra lucentia in unitate Spiritus Septiformis sacrum illuminari datur Imperium, eod. loc. Qui velut columnae Proceres sacrum aedificium circumspecte prudentiae solerti pietate sustentant; A. B. c. 3. §. 1. Quorum praesidio dextera Imperialis potentiae roboratur; d. c. 3. §. 1. Et quanto mutui favoris ampliori benignitate stringuntur, tanto uberioris pacis et tranquillitatis commoda feliciter profluunt populo Christiano; d. §. 1. eod. Ex eorum concordia voluntate decor et gloria Sacrosancti Rom. Imperij, et honor Caesaris et reipubl. grata compendia foventur; cit. §. 1. Quorum providentia suo tempore orbi fluctuanti tanto celerius, tantoque facilius subvenitur, quanto inter eos nullus error surrepserit; A. B. c. 7. §. 1. Solidae bases Imperij, et columnae immobiles; A. B. c. 12. in quos crimen majestatis laesa committitur, A. B. c. 24. quique Reges in Imperiali curia praecedunt; A. B. c. 6. Ipsius Imperij columnae et latera. A. B. c. 30.

18. Imperij nomine in definitione diximus servitia curiarum prestari. Quibus duo designari volumus: Et ut Officiales Imperij ab aulicis Caesaris Officiarijs, Comitum non raro et Baronum Imperij splendore claris secernerentur; Et quod Officiati Imperij hereditarij non tam per se sed propter supremos Officiales servientes, A. B. c. 27. excluderentur, in solemnibus

Officiales Imperij differant a Caesaris aulicis Officiarijs.

D 3

Comi-



Comitijs: ut esset propositio restrictiva, in ijs curijs  
ac conventib. in quibus solemnitatem hanc exponere  
v. sum fuerit, A. B. c. 21. 22. 27.

Historia  
Successionis post  
Carolū magnū

19. Officiarij S. R. J. septem sunt. Carolus  
Magnus Imperator condito testamento universas ter-  
ras imperio suo parentes inter filios distribuit, & pro  
numero liberorum in tres easdem districtus digessit:  
Ludovico inter ceteros suberant Galli, Pipino quoque  
Itali, Carolus vel merus imperabat Germanis. ex  
testament. tenor. velut. lat. appar. Anno 842 ex  
compromisso familiae heriscunde filiorum Ludovici  
Pij Imp. Carolo Occidentalia regna cesserunt, à Bri-  
tannico Oceano usque ad Mosam fluvium: Ludovicus  
Orientem h. e. omnem Germaniam usque ad Rheni flu-  
entia, & nonnullas civitates trans Rhenum cum ad-  
jacentibus pagis, ob vinicopiam, obtinuit. Lotharius  
verò major natus erat, & Imperator appellabatur, te-  
nuit omnia regna Italiae, cum ipsa Romā, totamque  
Provinciam & Lotharingiam. Regino, Marian. Scot.  
Sigebertus eadem narrans addit, in Caroli parte ex  
tunc & modò nomen Franciæ remansisse. Extinctis  
Carolingis, Otto I. Imp. & Rex Germanorum, Ita-  
liam à multis seditionum cladibus liberavit, & Impe-  
rio subdidit. Sigebert. Luicprand. Gallie tamen re-  
gnum, Hugone dicto Capat Comite Parisiorum sese tū  
in libertatem jam vindicaverat, & de finibus inter  
Ottonem II. Imp. & Lotharium, Gallie Regem, anno

Olte  
Imp fit Imperator  
et Rex Ro-  
manorum.

978 p. 69

15  
 978. pace constitutâ, Otto III. Imp. Germaniam, F-  
 taliam, & eam Gallia partem, qua regno Arelatensi  
 adhaerebat, gubernavit; Qui, crescentibus hoc modo  
 rebus Theutonum, ut, cum ante à id munus neq; or-  
 dinarium, neq; ditionibus certis erat adstrictum, quod-  
 libet Imperij regnum proprium haberet. Archicancel-  
 larium, diplomata Imperatoria & Regia in unoquoq;  
 regno notaret & recognosceret, ad Imperij Rom. e-  
 minentia decus introduxit. Hinc Officialium trias.  
 Palatinos in palatio negotiorum multitudo gignebat be-  
 nè multos, quorum etiam vix nomina quis interpre-  
 tabitur, Bersarios, Beverarios, Scageardos. ap. Hinc-  
 mar. epist. 3. ad Carol. Crast. Imp. Imperium verò Ro-  
 manum, præter Marescallum, Camerarium, Dapi-  
 ferum, Pincernam, alios etiam ostentabat Officiales,  
 Verbi gratiâ, Venatorem: quòd munus Carinthia vi-  
 ci, Aen. Sylvius in Europ. c. 20. tribuit, Duci Austria  
 Jac. Spiegel. ad Alfons. p. 271. Marchioni Misnia &  
 Comiti Swartzburg. Chr. Lehman in Chron. Spirens.  
 lib. 7. c. 35. ref. rensin Comitij Metensibus anno 1356.  
 fundis à Quatuor vris Officialibus officijs, Misnia  
 marchionē & Comitē Swartzburg utruq; Imperij Ve-  
 natorē, in præsentia Cesariscervū & aprū ingentis sta-  
 ture prostrasse. Tandē ad ducē Wurtemberg Venatoris  
 partes venisse, autumat Marq. Freh. ad P. de And. l. 2 c. 15.  
 Quiq; Vexillifer Imperij audijt, Basilheses a. Imp. Pesca-  
 tores,

Misnia

de  
 Venatore Imperij  
 qui olim etiam  
 Marchio Misnia  
 fuit



tores, ex quā anchoram hodiernum insignia eorum re-  
ferre dicit idem Fröh. d. c. 15. Maximilian II. Imp.  
panegyrico interfuit Carl von Fraunberg / des Heil.  
Römischen Reichs Erbritter. Ast quicquid sit,  
Officijs quibusdam Caroli IV. Imp. vel paulò antè,  
tempore obductos Principes nonnullos & civitates præ-  
ceteris Statib. fulgere cœpisse, El. Reusner. quæst. hist. 7.  
Ab exordio Theutonici Imperij IV. tantum fue-  
runt officia in curijs solemnibus exerceri solita, Land und  
Lehnrecht / sive jus Cæsareum, lib. 1. c. 63. Der Weiskel-  
chen Fürsten / und Weiskelchen Fürsten ampt / die  
sind von ersten gestuffet mit vier Fürsten ampt / mit  
einem Kammerer / mit einem Schencken / mit einem  
Eruchlessen / mit einem Marschalck: Also ward  
auch das Reich gestuffet von ersten. Cui astipulan-  
tur spectata fidei Scriptores: Wittichindus, Acce-  
dens, ait, ad mensam marmoream Rex ornatam ap-  
paratus resedit cum Pontificib. & omni populo: Du-  
ces verò ministrabant, Lothariorum Dux Giselber-  
tus ad quem locus ille pertinebat, omnia procurabat: E-  
berhardus, mensa præerat: Erimannus Francus,  
Pincernis: Arnoldus, equestri ordini, & eligendis  
locandisq; castris præerat, lib. 2. de reb. Sax. Duh-  
marus, Episcop. Martisburg. Celebrata, inquit, pro-  
xima Paschalis solemnitas in Quidilingeburg à Rege  
(Otthone III.) ubi quatuor ministrabant Duces, Hen-  
ricus,

Electores

Ab  
Exordio Teutonici  
Imperij quatuor  
officia saltem fu-  
erunt.



ricus, ad Mensam; Cunradus, ad Cameram: Hezil ad Cellarium: Bernhardus equis praefuit. lib. 4.

20. Quae cum ita sint, ratio, cur Rex Rom. a Septem eligatur Imperij Principibus, in promptu est. Etenim Officiatis jus creandi Rom. Regem tributum, nec Electores ex alio capite, quam quia Officiales Imperij audiunt, eligere, supra edocti sumus, cujus rei causam assignat Archigram. Coloniens. quod scilicet omnium optimè hi Imperij Theutonici conditionem habuerint exploratã, in deser. instit. colleg. elector. Onuph. Panvin. in lib. de Comit. Septenarium numerum maximè ad electionem esse accommodatum; tribus enim suffragijs ab alijs tribus dissidentibus, Septimum omnè dissensionem tollere putat, & propterea VII. Imperij Electores esse oportere concludit. Quo quid absurdius dici potuit? Cum Septenario id, quod omninimero impari proprium, assignatur. Consimili errore labuntur, qui asserunt, ne ordo aliquis antea eligere consuescens, se prateritum conqueri posset, unum ex Regibus, ex Ducibus unum, unum ex Marchionibus, unum ex Comitibus assumptum, propter summam verò clericorum in conventibus auctoritatem, unum non suffecisse, duos verò facile cum quatuor equaliter inter se dissentire potuisse, itaq; tertium sex addi oportuisse. In quã collectione non pauca desiderantur.

Cun  
Lex Romang ab  
officialibz eligat

Quare  
numera Septena  
rij in Electoribz  
facit recepta.

E

vita



Civitates  
olim Electioni  
regum interfu-  
erunt.

Princeps.

a quo  
Collegium princi-  
pum creatum.

vitates interiora s populi apud Historiographos vocari  
inclusas, ante Otthonem 3. Imp. Rom. Regum electio-  
nibus interfuisse ex authenticorum Scriptorum sugge-  
stione expeditum est, quorum Epitom. vid ap. Rob. Bel-  
larmin. lib. 3. de translat. Imper. Ab Ottone enim  
collegium Principum creatorum cepisse communis est  
opinio: Quae, si alicui displiceat, Electorum ori-  
ginem post tempora Friderici Barbarossae Imp. malit,  
unde digressus est, redibit; Quod praeterea experietur,  
Westphaliae urbes Fridericum simul sibi Regem praefecisse,  
Ceu nominatim scribit Gunther. Regis Cancellar.  
in Lugurio. lib. 1. Et Ottho. Frisingensis Episcopus.  
Barones Italiae cum universo Principum robore Fran-  
cofurtum ad electionem, tanquam in unum corpus co-  
adunatos anno 1152 convocasse, edisserit lib. 2. de  
gest. Frideric. l. c. 1. Imò quid Comitibus fiet, quo-  
rum classis nunquam eadem cum Palatinis Comiti-  
bus? Et cur illi magis quam Marchiae comites ordi-  
nem Comitum representabunt. Quid Regi Bohem-  
iae, qui Ottone III. Imperante (modò is Electorum  
autor laudetur) Dux solummodò fuit? Episcopi  
quoque Abbates de praerogativa pure conqueri pos-  
sent, quòd in electionibus non exigua antea fuerit au-  
toritas. Tandem nulla est differentia, quarè ad si-  
militudinem representationis clericorum per tres  
Archiepiscopos facta, nec totidem, vel etiam IV. se  
existit.

B

existit.

existimatio in buju modi representatione oppositam multitudinem forte an in aliquo ad huc superaret, ex Laicis Duces exprimere queant. Reliqui, quò septenarium Electorum numerum excusent, ad numeri sanctitatem recurrunt. Verum argumentum illud ad assentiendum minimò esse necessarium nemini est obscurum.

21. Septemviri Officiales, secundum status professionem doctrina gratia in Clericos partuntur et Laicos. Esclasiastici tres sunt, singuli Imperij Archicancellarij. Cancellarij autem vocabulum à cancellis est, per quos pro multitudine interpellantium interpellari solebant. Alb. Crantz. Metropol. lib. 3. c. 16. Rectius ab expungendi functione Cancellarij denominati, quòd verso stilo multa transversis quasi cancellis expungant seu cancellent. Et cancellare apud Ictos idè est ac inducere. l. 2. et. 3. ff. de his que in testam. del. Synonyma sunt: summus Cancellarius; Adalhard. in lib. de ordinat. Palat. Archicapellanus; in recogn. diplomac. Carolingorum Imp. passim; à Cappà S. Martini, quam Reges Francorum ob adiutorium victorie in praelijs secum solebant habere, quam custodientes Capellani sunt vocati, ait Walfrid Strabo. Intermedià nimirum Capella voce, locum in tentorijs, ubi Cappa asservabatur, denotante; Unde

Electo.  
Septem  
Officiales in Clericos  
partiri et Laicos  
Cancellarij  
a Cancellis dicitur.

E 2 factate



factum, ut quibusvis postea Sacellus iā nomen tribue-  
retur, c. non fuit. X. de iur. patronat. tot. tit. de capell.  
monach. Archilogotheta, Marq. Freher. ad P. de Andlo  
lib. 2. c. 1. A secretis. Hinemar. epist. 3. c. 16.

22. Archimysta Moguntinus per Germaniam  
supremus Imperij Cancellarius. A. B. c. 7. §. ego. pri-  
vilegia & rescripta, ab Imperatore in Germaniā edi-  
ta, notat & recognoscit, vel ad eius vicem Cancellarius  
Casarē aule, prout ex consign. dipl. Cas. observat.  
De finibus verò Germaniæ, Bohemiæ Regni intuitu in-  
ter Status Imperij & Casares aliquoties controver-  
sum fuit. Clausibus depositionis Wenceslai Rom.  
Regis Ordines adscripserūt, quòd neglectis rebz Theu-  
tonum multis annis Germaniam in Bohemiā delite-  
scens non intraverit; Act. & lib. Imper. ab an. 1397. ad  
an. 1499. Zu Frankfurt abgefasset: ibi: Darzu Wenceslaus  
sich nicht verstehen wollen, und in vielen Jahren nicht zu Teu-  
schen Landen kommen. Et quando Rudolphus II. Imp.  
ē capitulationis suæ membro incip. Wir sollen vnd  
w. auch die Gyrfürsten. à quibusdam Statibus li-  
teris oppugnaretur, post multas exceptiones Bohemi-  
am à Germania separatam esse infiteri nequivit. Ut ut  
sit, Bohemiam Archicancellari Moguntinensis Ar-  
chiepiscopi subesse arguunt ipsæ subscriptiones. Diplo-  
matis cuiusdam Caroli IV. Imp. ea est notatio: Da-  
tum Prage anno Domini M. CCLXVI. Indict.  
IV. auroccimo Kalend. April. Regnorum nostro-

Moguntin  
per Germania  
Cancellarij

7113

rum XX. Imperij verò XI. Ego Joannes Dei gratiâ  
 Olmucensis Episcopus Regalis Capella Boë: Comes,  
 Et sacra Imperialis aula Cancellarius, vice Reveren-  
 di in Christo Patris, Dn. Gerlaci Moguntinen. Ar-  
 chiepiscopi, sacr. Imperij per Germaniam Archican-  
 cellarij recognovi. Et aliterius, ejusdem: Datum Pra-  
 ge An. Dom. M. CCC. LXXVII. Indict. XV.  
 quinto Kalend. Julij, regn. nostr. anno XXX. Impe-  
 rij verò vicesimo tertio. Ego Johannes Dei gratiâ O-  
 lomucensis Episcopus, sacra Imperialis aula Cancel-  
 larius, vice Reverendi in Christo Patris Dn. Gerlaci  
 Moguntinensis Archiepiscopi, Sacri Imperij per Ger-  
 maniam Archicancellarij recognovi. In quibus au-  
 tem provincijs Moguntinus recognoscendi jus habet,  
 eas ad Germaniam vi Archicancellariatus sui specta-  
 re oportet. An quia Bohemia Germanis undiq; cin-  
 cta & circumdata Germania portio. Joh. Dubrav. lib.  
 9. histor. Boh. Æn. Sylv. c. 1. histor. Boh. Seb. Munster.  
 lib. 3. descript. Reg. Boh. An quia omnis extra Itali-  
 am, Galliam & regnum Arrelatense locus Archican-  
 cellariatu Germanie adherere estimandus? Sigt-  
 smund. Imp. Pragâ Egram anno 1437 Ordines Impe-  
 rij ad Comitia convocavit. Anno 1425 verò Buda  
 in Hungariâ Fridericam Marchionem Misnie in  
 publicis curijs de Electoratu Saxonia investivit.

Omnia  
 extra Italian  
 Galliam, et regnâ  
 Arrelatense. Hoc  
 Archicanc. illatu  
 Germaniâ ad-  
 heret.

E 3

Ince



Incedenti Imperatori vel Regi Rom. in Diab<sup>is</sup>  
publicis Moguntinensis Pontifex in suis Diocesi &  
provincia, & extra provinciam suam in toto Cancel-  
lariatu suo Germanico, provinciâ Coloniensi dunta-  
xat exceptâ, latus dextrum claudit. A. B. C. 21.  
junct. c. 3.

Electo  
Trevirensis est  
Archicancellarius  
per Galliam et  
Arelaten, et  
quomodo hoc in-  
telligendum.

23. Per Galliam & Regnum Arelaten. Im-  
perij Archicancellarius est Archipræsul Trevirensis.  
A. B. C. 1. §. 12. Diplomata Casarea imbi edita sub-  
scribens & recognoscens, habens in munere Imperia-  
lis aula Cancellarium substitutum. Verba autem  
per Galliam & regnum Arelatense ita accipienda  
sunt, per eum Gallie tractum, qui regno Arelatensi  
adheret. Marq. Freher. ad Andlo lib. 2. c. 1. Quod Spe-  
culum Suevicum effert, ut Trevirenses per regnum  
Arelatense Archicancellarium dicat. lib. 1. c. 29. §. 1.

Nam simul à nostro secessit Gallia regno,  
Nos priscum regni morem servamus: at illa  
jure suo gaudet nostræ jam nescia legis.

Gunther in Ligur. deb. 1. Regnum in super Arel-

Regnum  
Arelatense Rom.  
Impio fuit incor-  
poratum.

latense Imperio quidem Romano voluntate Caroli  
Magni & Ludovici Pij Imp. ingrossabatur, ex te-  
stamento tamen datione Rudolph. 3. Reg. Burgund. &  
Arelat. Cunrado I. n. facta, corporalis demum pos-  
sessio est secuta. Melch. Goldast. in præfat. Reichshanda-  
lung ad Ducem Wurtemb. à tempore Adolphi Imp.

& fa.

Et famosa Caroli IV. prodigalitati Rex Gallie A-  
 relatense regnum sibi soli asseruit. Gold. d. 1. Nihilo-  
 secius ad nihilum Trevirensis iccirco Archicancella-  
 riatu redactus, sed plene in locis, Imperio inde relictis,  
 Tob. Paurmeist. de iurisdic. lib. 2. c. 1. viget. Anno  
 1357. 10. Calend. Februar. Johannes Luthomissien-  
 sis Episcopus Imperialis aule Cancellarius vice Boe-  
 mundi Trevirensis Archiepiscopi S. Rom. Imperij  
 per Galliam Et regnum Arelatense Archicancel-  
 larius diploma Casareum Trajecti supra Mosam reco-  
 gnovit. In congregatione Imperatoris, vel Regis Ro-  
 manorum, Et Principum Electorum, in directa dia-  
 metrali linea ante Imperatorem vel Regem Trevirer-  
 sis transit. A. B. c. 21. Et Gallia Belgica primas est;  
 Paurmeist. d. lib. 2. c. 1.

24. Coloniensis Archiprasul Sacr. Rom. Im-  
 perij per Italiam Archilogotheta est. A. B. c. 1. §. 11.  
 Et pari in suo regno cum ceteris conditione. At Pa-  
 pe machinationibus Imperatores territi Italiam ingre-  
 di recusare videntur. Num ad Imperij emolument-  
 um, vel secus id fiat, non disputo. Olim Archicancel-  
 larius Imperij per Italiam primus in electione Et depo-  
 sitione Pontificis suffragium ferebat. Melch. Goldast.  
 como 3. Constitut. Imper. folio 351. edit. 1607. In  
 suis

Elector  
 Coloniensis est  
 Archicancellarius  
 p. Italiam



*Moguntinā  
Aulæ Cancellarij  
et Germaniam*

his etiam diocesi & provinciā & extra provinciam  
suam in totā Italiā & Galliā à dextris Roman. Ca-  
saris ire Coloniensis fas est. A. B. c. 21. junct. c. 3. Im-  
perij corpore ita attenuato & infecto omnem illius ar-  
chivum apud Prasulem Moguntinū per Germaniam  
supremum Cancellarium depositum hodiè asservatur.  
Rutg. Ruland de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 10. & seq.  
Et concilium cum Cancellariā, quæ in aulā Imperato-  
ris habetur, juramento ei obstringitur. Thom. Michaël  
de jurisdic. concl. 28.

25. Ingresso Imperatore vel Rege ad mensam,  
& benedictione in Comitibus solemnibus completā, iisdē  
Archiepiscopi omnes, si adsint; alioquin duo vel u-  
nus, sigilla & typaria Imperialia sive Regalia à Can-  
cellario curiæ recipiunt: Eoq; in cujus Archican-  
cellariatu curiam ipsam celebrari continget, in medio  
procedente, & alijs duobus ex alterutro latere sub-  
junctis sigilla & typaria ipsa, omnes quidem baculum,  
in quo suspensa fuerint, manibus contingentes ea por-  
tant, & ante Imperatorem vel Regem reverenter po-  
nunt in mensā. Imperator verò sive Rex eadem ipsis  
statim restituit: & in cujus Archicancellariatu hoc  
fuerit, is majus sigillum collo appensum usq; ad finem  
mensæ gestat, & deinceps, donec ad hospitium suum  
perveniat, ab Imperiali sive regali curiā equitando.  
Postquam autem is, quem ordo tetigerit, portando si-  
gillum



gillum majus ab Imperiali curia ad hospitium suum redierit, statim sigillum ipsum per aliquem de suis familiaribus predicto Imperialis curia Cancellario remittit super equo, quem juxta propria dignitatis decentiam & amorem, quem ad Cancellarium curia gesserit, ipsi Cancellario tenetur largiri. Baculus, de quo premissum, argenteus 12. marc. in pond. cujus tam argenti quam precii partem tertiam unusquisq. Archiepiscoporum persolvit, cum sigillis & typoris debet Cancellario itidem curia protinus assignari in suos usus beneplacitos convertendus A. B. c. 27. §. 2.

26. Est & aliud, non tam ab Archicancellarii quam professionis jure dependens Moguntinensi, Trevirensi & Coloniensi Archimystis subeundum, ut ingresso Imperatore, vel Rege Rom. ad mensam, stantes ante mensam cum caeteris Prelatis benedicant eandem, ea methodo, quod prima die hac omnia & singula a primo, secunda die a secundo, tertia vero a tertio peragantur. Primus autem vel secundus hoc casu, secundum quod prius vel posterius quilibet eorum consecutus existit, intelligi debet: Is vero, quem circa premissa ordo tetigerit, ad hac alterum convenientia & caritativa inclinatione invitatur, & tunc demum ad premissa procedit. A. B. c. 27. §. 2. junct. c. 23. Qui ordo ad tam strictam observantiam redactus, ut in coronatione Caroli V. Aquisgranensi, Coloniensis ratione etiam diocesanos (cujus tamen respectu Moguntino coronatio Regia olim adempta) Trevirensi, quod senior in consecratione esset, cedere coactus fuerit. Hart. Maur. de Coronat. Caroli V. Plura de benedictionibus vid. in c. 23. A. B.

27. Archimarescallatus Imperialium munerum exercitio primum est A. B. c. 27. & dignitatis honore inter secularia supremum. Chr. Lehman Chron. Spirens. lib. 2. c. 13. Cujus provisor Elector Saxonia. Specul. Suevic. lib. 1. c. 29. §. 1.

de Archimarescallatib; munerib;.

F

Impe-

Archimars-  
schallubg spe-  
cialia munera  
recensentur.

Imperii Marescallus à Mār i. e. equus & Schalcus, h. e. mini-  
ster Melch. Goldast. in Gloss. in verb. Theutonic. seu peritus:  
sive ut Aurea Bulla lectio Palatina innuit, c. 4. in fin. Mare-  
scallus, Marstaller: Stabulator Gunther. Ligurin. lib. 7. ubi  
Interpp. Comes Stabuli. Hincmar. epist. 3. ad Carol. Imp. c.  
16. & 23. In Gallis Constabulis est. Joh. Bodin. de re-  
publ. lib. 3. c. 3. Muneris eminentia intuitu Archimarescallus  
Princeps seu supremus Marescallus, alteratè parum à Ger-  
manis Erzmarschalck dici consuevit A. B. c. 1. §. 14. Partium  
ejus ex Aur. Bulla est, in acervum avena, ante curiam rega-  
lem positum, equum, cui insidet, usq; ad pedus adigere, in ma-  
nu tenens modium & baculum. 12. marc. arg. in pond. mensu-  
ram avena plenam famulo primitus venienti ministrare, & ba-  
culum in avenam figendo recedere. A. B. c. 27. §. 1. Postea  
Vicemarescallus ejus putà de Pappenheim accedens, vel absen-  
te eo, Marescallus curia ulterius avenam ipsam distribuit. d.  
§. 1. Qui ritus vel solus argumento est, potissimam curiam  
Archimarescalli circa ordinem Imperii equestrem in panegy-  
ricis versari. Witich lib. 2. de reb. Sax. atq; nomine præcun-  
te, equis præesse Dithmar. lib. 4. Verùm plura fidei ipsius  
commissa reperiuntur, quorum uno atq; altero extra curiam,  
reliquis in celebratione Comitiorum fungitur. Quando pro  
salute & incolumitate S. Imperii bellum gerendum Archimare-  
scallus omnes Imperii Status precedit, & pralium exorditur.  
Melch. Goldast. ad A. B. c. 27. Ita Principium Marescallo, ad  
cujus imitationem fertur Imperii institutus, Spec. Sæv. lib. 1.  
c. 63. unus dabatur equus ad præcurrendum, alter ad pralian-  
dum. Constit. Carol. Crass. de expedit. Rom. Quam  
fortis animi tesseram & animositatis gloriam ad Suevia quidem  
Ducem Carolum Magnum Imp. transtulisse narrat Spec. Sæv.  
vic. lib. 1. c. 272. ibi: Er leihete auch den Schwaben / wo  
man

man durch des Reichs Noth streiten soll/da sollen die Schwaben vor allen Sprachen den vorseit haben / vnd soll ihre Hauptman sein der Herzog in Schwaben / ist er da nicht / so soll es sein des Reichs Marschall. *Posteram tamen etatem Marescallum depradicasse, multis verum argumentis apparet. Deinde in expeditione in campis ordines Archimarescallus intruit. Gold. ad d. c. 27. A. B. In adventu Caesaris, vulgò das Einreiten/ primus urbem ingreditur. Vehemens & benè longa erat anno 1520. concertatio, in adventu Caroli V. Reg. Rom. ad coronationis actum, inter Juliacenses & Saxonicos, utri primum Aquisgranum equitatu suo intrarent: Hi juri Archimarescallatus inharebant, illi Aquas territorii sui asseriebant, & ex salvo conductu precedentiam vindicabant. Nec potuit negotium per Casarem & Electores tùm temporis componi, usq; dum Juliacensis Dux equitatu prorumperet: Saxonici, ne viderentur juri suo quid detraxisse, ultra quadrantem hora Regem Ordinesq; detinentes, tandem omnem comitatum in civitatem duxerunt. Protocoll. coronat. Carol. V. tit. 4.*

28. *Mansionarii olim peculiare in Palatiis erat officium. Adalh. in lib. sing. de ordinat. Palat. Hodie Princeps Marescallus, per Vicemarescallum de Pappenheimb hospitias & loca Statibus Imperii eorumvè legatis & exterorum Ambassiatoribus in Comitibus assignat atq; foribus nomina inscribit. Trans. August. inter Civit. Imper. & Marescall. hared. de dato 26. Octob. anni 1614. In tantum, ut nullus Imperii Princeps aut Status ab inscriptione liber sit, quanquam proprium in loco Comitiorum coactorum habet palatium. Cum Marescallus intentionem metandi in illos Ordines eorumq; Legatos teneat fundatam, qui in Comitibus comparent. dict. trans. August. ibi: Erscheinenden Reichsständen / oder Deroselben / wie auch frembden aussen Reichs gesessenen Potentaten / Botschafften*

*Mansionarii  
sive Oratores  
mystri olim pe-  
culiare officium  
fuit, hodie ad  
Saxoniam phinet.*

und Gesandten, qua sine facto ipsi interverti nequit. I. id quod  
II. ff. d. R. J. l. i. §. i. ff. quod vi & clam. Tum quia jus as-  
scribendi, daß Anschreiben ad Marescallatum Imperii spectet.  
d. transf. Aug. qui ab Imperatore & cunctis in magnâ considera-  
tione habendus, Noviss. Imperii Capitulat. §. 41, quod equidem  
negligeretur; si inconsulto Marescallo Metatore hospitia Sta-  
tus pro lubitu sibi eligerent. Caterum Metatoris manum, quâ  
deputatas singulis quibusq; domus denotavit, & postibus hospi-  
taturi nomen adscripsit, delens, falsi reus peragitur. I. si quis.  
I. C. de metat. & epidem. Quoties sub dio Comiticia pera-  
guntur, quod veteribus Theutonibus, maximè sub Cunrado  
Salico, Friderico Ahenobarbo, Henrico Puerio Imp. non usq; ad-  
eò infrequens fuit, Marescallus ordinandis locandisq; castris  
præst. Wittichind. lib. 2. gest. Saxonior. Ad hæc Ordines  
eorumq; Legatos durantibus Comitibus in Senatum Marescallus  
hereditarius vocat: In Collegio Principum suffragia colligit:  
Quemlibet in sessione & voto suo tuctur: Deniq; prospicit, ne  
peregrini Statuum classibus sese ingerant: Autor de Comitior.  
process. c. 4. & 6. Unde Saxonensem Electorem Janitorem  
Anton. Bonfin. rerum Hungar. decad. i. lib. 14. nuncupasse  
suspicitur.

Archimar-  
schally Judici-  
um in Statuum  
imperii ac Exter-  
orum Legatorum  
familiam atq; pe-  
grinos exer-  
cet

29. Illud hoc loco non prætereundum, quòd Archima-  
rescalli nomine Marescallus hereditarius Judicium in Statuum  
Imperii, eorum ac Exterorum Legatorum familiam atq; pere-  
grinos quoscunq; exercent. Ast imperium hocce cum varias  
subindè lites spargeret, ad ratihabitionem Imperatoris & Saxo-  
niae Electoris, per Bavaria Ducem & Wurtembergicos Lega-  
tos inter Marescallum hereditarium & civitates Imperiales  
tandem super eodem in hunc sensum transactum est: Was  
zum dritten die bis anhero entzwischen obgemelten Parteyen  
bestriettene Jurisdiction in civilibus vber der Reichsstände oder  
deren

deren Gesandten / wie auch der frembden vnd außser Reichs  
 gefessenen Potentaten oder ihrer Botschafften Diener / sie hetz  
 ten gleich vnter vnd wieder einander selbstten oder andere / so der  
 Stadt *Jurisdiction* vnterworffen / wieder sie zuflagen / anreiz  
 chee / soll dieselbe wolgedachter Herr Erbmarschall ganz vnd  
 allein haben vnd behalten / jedoch einige Streitigkeiten / welche  
 von der Taxordnung herkommen / außgenommen. Derentz  
 wegen der Erb: Frey: vnd Reichsstadt verordnete zu erkentz  
 nuß vnd Entscheidung / alten herkommen nach / mit niederge  
 setzet werden sollen. Was aber *Criminalem Jurisdictionem*  
 belangen thut / ist es folgender massen mit solcher zuhalten / daß  
 der Reichs Erbmarschall dieselbe vber der Stände / vnd deren  
 Gesandten / wie auch der frembden Botschafften Diener vnd  
 Gesind / doch mit folgender massen / haben vnd zu *exercieren*  
 berechtigt sein soll: Wann nemlich ein *delictum* allein zwis  
 schen gedachter Stände oder Botschafften gesind sich begeben /  
 dasselbe von dem Reichs Erbmarschall allein abgestraffet /  
 auch zur *execution* der Leib vnd Lebens straffen derselben  
 Stadt Diener / do die Reichs versammlung ist / auff sein Reichs  
 Erbmarschall kosten gebrauchet. Da sich aber ein fall zwis  
 schen ermelten der Stände Gesandten oder Botschafften ges  
 sind / vnd einem Bürger derselben Stadt / oder einem sich das  
 selbst befundenen frembden / vnd vielobgedachten Reichs  
 stände / Gesandte vnd Botschafften nicht angewanten / zu trü  
 gen / vnd wieder der Reichsstände oder dero Gesandten / wie  
 auch frembden Botschafften Gesind / derohalben zuflagen /  
 auch die Bürger oder bemelte Frembde / als *Principales* Vhr  
 haber oder Anfänger bey der Sachen nicht *interessiret* sind /  
 der Reichs Marschall / etc. ermelten Stände Gesandten  
 Botschafften gesind allein zu straffen haben : Woferne negstz  
 erwchnte Bürger vnd Frembde / aber mit der Sachen als



*Principales* verhafte / alsdann folgender massen vnterschied gehalten werden: Das nemlich dann zumahl / wann eines Reichsstands Gesandten oder Botschafften gesind mit einer Geltbusz abzustraffen / solches gedachtem Erbmarschaln zu büßen allein gebühre: Wann aber solcher *delinquent* mit der *Relegation* oder einer *Corporis afflictiva pæna* anzusehen / wie auch sonst / Wann der *Reus* der Stadt Obrigkeit vnterworfen / derselbe vnd dessen abstraffung der Stadt zusuchen: Vnd zwar diß in Notorischen Fällen ohn einträglich also gehalten werden solle. Wann es aber / ob der Fall *civil* oder *criminal*, auch mit was straffen der Verbrecher zu belegen sey / noch zweyffelich / vnd das mißthätig von der Reichs Gesandten oder Botschafften gesind ist / soll alsdann der Reichs Marschalck die *Cognitionem* deßhalb allein haben / jedoch forderst hiez innen nach denen jedes orts / do die Reichs versammlung ist / Statuten vnd gewohnheiten / oder in derer ermanzung / den gemeinen beschriebenen Râys. Rechten erkennen vnd verhandeln: Vnterdesen aber / vnd biß solche *Cognition* erfolget / der Verbrecher ohn verlängt in des Reichs Erbmarschaln haftung gelieffert vnd auffgehalten werden: Die *Captur* oder beyfahung der Verbrecher aber / in allen vnd jeden *criminal* Fällen / ohne vnterschied der Personnen / entzwischen dem Reichs Erbmarschaln / vnd deroselben Stadt gemein sein: Vnd die *Prevention* doch also stat haben / das / wann einer in *flagranti crimine* von eines theils hiez zu verordneten Dienern ergriffen vnd beygefangen / derselbe alsbalt demjenigen theil / deme er zuberechten vnd abzustraffen *Notorie* gebührt / gelieffert werde. Wann aber obgemelter der Reichsstand Gesandten oder Botschafften gesind einer gefänglich angenommen worden: Vnd es den vmbständen nach / oder sonst / zweiffelhafftig / Ob die Mißhandlung *civil* oder *criminal* / vnd auch ob sie eine  
pecu-

*pecuniariam* oder *corporis afflictivam* pœnam auff sich habe/ derselbe / wie negst obvermeide/ dem Reichs Erbmarschaln geslieffert / von ihme die obgesetzte erkentnuß förderlich gethan / vnd alsdann ferner/wie oblaute/verfahren werden solle. Was aber die *Civilem* vnd *Criminalem Jurisdictionem* vber die sich zur zeit wehrender Reichs versamblungen in demselben Städtten auffhaltende / zu oder abreisende : Vnd die Ständt vnd Reichs / wie auch dero oder frembder Potentaten Gesandten vnd Botschafften / nicht berührende Persohnen / so wol in denen zwischen sich selbst vntereinander/als auch mit einem Bürgersich begebende handlungen / auch alles was solcher *Jurisdiction* anhängig/ vnd die daher fließende *Emolumenta* vnd *fructus* benändlich die einziehung / als auch bey der Jüden Gahrküchen gefallenden ungelts / oder dessen befreyhung/ anrichtung der Glückhaffen / Gahrküchen / Ein/ Maß vnd Gewicht/Schutz vnd *Politi* geldt von den frembden Krämern/ Fechtern/ Spielern/ Spielleuten vnd unzüchtigen Weibern/ Erforderung alles Zols / oder andern angemasten rechtens von den *Victualien* vnd dergleichen / wie das nahmen haben mag/ so von den Reichs Erbmarschaln bishero gesucht / angerichtet/ zugelassen oder eingezogen werden wollen / belangen thut / sol solches alles hinfüro von Erbmarschaln vnterlassen/ vnd er sich dessen ferner niche anzumassen haben / jedoch von gedachten Frey: vnd Reichsstädten ihme Reichs Erbmarschaln/nach einkunfft der Käys. Mayt. oder Dero *Commissarii*, vnd also volligen angang des Reichstages / *in recompensam* dessen allen/ vnd zu gütlicher hinlegung derer dieser Puncten halben bishero gehalten Streitigkeiten tausent Guldten zu sechsig Kreuzern gemeiner Reichswehrung/ wie die an jedem ort gâng vnd gebe ist/erschattet werden.

30. *Industria Archimarescalli efflagitat. scrutari quo*

*Elator*  
*Saxoniae vigili*  
*as ordinat, uog*  
*pacto praet.*



pactō nocturnā vigilum excubia constituta sint, ut Senatus ministros publicos hinc inde dispositos habeat, ne per incendium, irruptionem aut intestinos motus civitas detrimentum experiatur. Cum Ordines anno 1530. Augusta convolarent, & Augustani ad 800. pedites urbis tuenda causa conscripsissent, Caesar aliis à se conscriptis, & in suam fidem adactis, jussit urbes eos dimitti & sibi unam portam tradi: Verum Saxonia Electore iniquè id ferente, stationes à portis fuerunt actutum remota. In processione Imperiali solemnī Archimarescallus Imperialem seu regalem ensē deferens Imperatorem seu Regem immediatè precedit, & inter illum & Archiepiscopum Trevirensē mediū habetur. A. B. c. 22. More à primis Imperatoribus accepto. Ante Caroli Magni tribunal Spata nuda more imperiali ferebatur inquit Joh. Turpin. in vit. Carol. Magn. c. 20. ut Caesares severa corruptiones rebelles potenter affligant, omnesq; benevolos in tranquillâ pace gubernent, dicente Saxone ad Wilhelmum Reg. Rom. ap. Trithem. Chron. Hirsaug. ad an. 1249. fol. 188. Apud Constantinopolitanos etiam Caesares Spatarii, Protospatarii, Stataferii fuerunt, Martin. Crus. annal. Suev. part. 2. lib. 1. c. 6. fol. 9. Et Romanis olim Imperatoribus gladium per praefectum Praetorio praeferebatur, ap. Lamprid. Ensiser Saxo Bernhardus ex familiâ Anhaltinâ primus gladium crucis instar conduplicatum in insignibus circa annum 1180. à Friderico I. Imp. meritus est. New Sächs. Stambuch fol. 207.

1180. Saxo dicitur  
plurimum in  
signibus honore  
19

de  
Muneribus Archicamerarii et  
Cubicularii.

31. Marchio Brandenburgicus Archicamerarius  
Camerarius A. B. c. 27. §. 3. Caniclinus Gunther in Ligur.  
lib. 8. Cubicularius Annal. Franc. ad An. 782. Praepositus Camera Regalis Greg. Turon. lib. 4. c. 24. qui est, Accedit super equo habens argenteas pelves cum aquâ in manibus ponderis 12. marc. arg. & pulchrum manutergium, & descendens ab equo dat



dat aquam Domino Imperatori vel Regi Rom. manibus abluendis. A. B. d. c. 27. Quondam de honestate Palatii seu specialiter ornamento Regali & donis annuis militum ad Reginam precipue, & sub ipsa ad Camerarium Palatii pertinebat & secundum cuiusq; rei qualitatem ipsorum sollicitudo erat, ut tempore congruo semper futura prospicerent, ne quid, dum opus esset, ullatenus oportuno tempore defuisset: De donis vero diversarum Legationum ad Camerarium adspiciebat, nisi forte iubente Rege tale aliquid esset, quod Regina tractanda cum ipso congrueret. verba sunt Hincmar. in epist. 3. ad Carol. Crass. Imp. Qua cura Regina in negotiis publicis mira alicui videri non debet. Cum Germani mulieribus sanctum aliquod & providum inesse putarint, itaq; nec consilia earum aspernabantur, nec responsa negligebant, Corne!. Tacit. de morib. German. c. 3. sed consensu illarum plurima gerebant. Inter multa unicum adduxisse sufficiat, quod refert Cyriar. Spangenberg. in Adelspiegel part. 1. lib. 5. c. 5. se vidisse instrumentum Comitis Mansfeldensis de anno 1330. hoc exordio: Wir Burckard Grave zu Mansfeldt mit Wolword vnser Bettgenossen Frau Oden. Cujus generis exstant alia. Et propterea tertiam bonorum partem marito defuncto sibi acquirebant, de quo inter Capitul. lib. 4. capitulum 9. Volumus ut Uxores defunctorum post obitum maritorum, tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio collaboraverunt, accipiant. Moderno tempore Imperio in feuda digesto, Camera tantum non est relictum, unde Imperator & familia ejus commodè vivere possint. Jul. Phlog. in Orat. de republ. Germ. ordin. fol. 67. Ac Carolus V. Imp. Hadriano Pontifici anno 1532. referebat opes & facultates S. Rom. Imperii tantulas non superesse, unde justitiam & pacem tueri & conservare, ac nefariorum hominum scelera & in inferendam injuriam audaciam possit cobi-  
bere.

*[Faint handwritten notes]*

*Prisci  
Germani mulieribus  
sanctum ali-  
quod inesse putabant  
utebantur tertia  
consilia*



bere. Certè cum reipubl. nervum in arario querebat Gran-  
 vellanus, & Carolus V. ex Imperio ne tantillum habere emo-  
 lumentum conquerebatur, Hassia Landgravius respondit: Etamsi  
 fortè non ita multum ad Casarem ex Imperio rediret; tamen  
 quod & in Turcam & Gallia Regem & in alios ei data auxi-  
 lia, quod Imperii dignitas hac auctoritatem ei summam ad ca-  
 teros Reges conciliaret, quòd copias perpetuò conscriberet, &  
 exercitus maximos in Germaniâ conscribere posset, quum id  
 ceteris non liceret, quanti id esse putaretur? Attamen pristi-  
 nis institutis delectati, Electores in Capitulationibus Casarem  
 obligarunt, ut feuda Imperio aperta Camera subdantur. Olim  
 Suevia, priusquam in Ducatum erat erecta, Camera parebat,  
 uti & Francia bonis ararii annumerabatur. Eckhard. Jun.  
 de Cas. S. Gall. Monaster. c. 1. Ad quam fortunam ut Ducatus  
Wurtembergicus, Dominis suis extinctis, relabatur anno  
 1495. 21. Julii dispositum fuit.

Quid  
 Imperator ex  
 imperio prae-  
 ferat.

Feuda  
 imperii in  
 Camera sub-  
 dantur.

Wurtemberg  
 Ducatus  
 Camera sub-  
 datur.

Sceptrum  
 Imperatori  
 auri  
 camerarij  
 profert.

de  
 Formis Sceptrorum.

32. Sceptrum Imperatori seu Regi Romanorum proces-  
 sionaliter deambulanti Supremus Camerarius, à sinistro latere  
 ipsius Ducis Saxonie linealiter gradiens. A. B. c. 22. Guber-  
 nationis notam praefert. Antiquis temporibus ait Justin.  
 lib. 43. historiar. Reges hastas pro diademate habebant, quas  
 Graeci οὐράξια dixerunt, Sceptrorum forma non eadem semper  
 visa. Apud Graecos in sceptris summis posita erant aves in  
 Regum verò aquila. Marq. Freher. ad Andro lib. 2. c. 8. Gal-  
 lia Reges sceptro suo lilium impositum habent, vel manum duo-  
 bus cum pollice digitis erectis, fidei signum exhibentem. Freh.  
 d. 1. Aethiopum & Aegyptiorum Regum sceptra aratri figuram  
 ostentabant Diod. Sicul. lib. 3. c. 1. Anglia Regem crucem  
 in summitate sceptri gestasse ait Roger. Nonnullorum Regum  
 in apice ciconiam, ad calcem hippopotamum habuerunt, quo  
 Regem Justitia obsequi oportere, atq; feritatem & libidines, ne  
 ira,

ira deserviat, emollire significabatur. Alex. ab Alex. lib. 1. geneal. dier. c. 28. Otthoni 1. Imp. in eum sensum sceptrum offerebatur, ut eo monitus paternâ castigatione subiectos corripiat, primumq; Dei ministris viduis ac pupillis manum misericordie porrigat. Wittich. lib. 2. rer. Sax. Brandenburgicus sceptrum inter gentilitia publicè gerit. Hoc addendum, Brandenburgensem Regis Camerarium Wilhelmo Rom. Regi in coronationis actu annulum in manus tradidisse: Accipe, inquit, Signaculum Monarchia, & Romanum Imperium suo vigore conserves, & invictâ virtute ob omni Barbarorum incursione defenses. Trithem. Chron. Hirsaug. fol. 118.

33. Comes Palatinus Rheni Archidapifer S. Imperii. A. B. c. 1. §. 13. seu Præpositus regie mensæ. Annal. Franc. an. 780 intrat similiter super equo habens in manibus IV. Scutellas argenteas cibus impletas, quarum qualibet tres marcas habet in staterâ, & descendens ab equo portat & ponit ante Imperatorem vel Regem in Mensâ. A. B. c. 27. §. 4. Comitiva Palatii dignitas, jura, ejusq; ad hac secula continuata mutatio, cum ubi de Buticulario sermo directio non veniant, nec non facile ob causa continentiam hic aliquid dici possit, de quo tacere equius, vicem subeat caput L. Regie Germanorum anno 1619. adscriptum: Auch (sollen vnd wollen Wir Ferdinand der Ander) nicht nachgeben / daß die Vicariaten vnd deren Jura, sampt was demselben anhengig / von jemandt disputirt oder gestritten werde/etc. Antiquitus Præposito regie mensæ incumbat coquina & mensæ Regie primam habere curam. Chr. Lehman. Chron. Spirens. c. 13. quemadmodum & Imperii sudapifer Magister coquina in A. B. c. 27. dicitur. In processione Cesarea à latere dextro Protospatarii pomum Imperiale Palatinus portat. A. B. c. 22. Qui globus intus terrâ repletus. Gothofr. Viterb. in Chron. part. 19. Non quod quantitatem

Comes Palatinus Rheni Archidapifer. 17. Argenteas Scutellas cibus impletas ad Mensam Imperatoris portat. de cibus quæ ad eij officium pertinent.



argueret Romani Imperii: Quippe univ<sup>er</sup>sus orbis à Romanis nunquam subactus, nec non alii Reges crucigeram pallam contrectent, sed ut vel terrenum sub mundana molis signo representaret imperium Gabr. Rudolph. lib. 1. histor. Franc. c. ult. Vel, prout alloquium Palatini ad Wilhelmum Rom. Regem inducit; Accipe globum Sphericum, ut omnes terra nationes Romano Imperio subjicias, & Augustus gloriosus appellari valeas. Trithem. in Chron. Hirs. Pomi hujus usum ad Augustum Octavianum refert Isidor. Cui Constantinus Magnus crucem addidit. Niceph. lib. 7. c. 49. innuens, mundum à Christo in crucis virtute triumphatum esse. Petr. Gretzer. lib. 2. de Sanct. Cruc. c. 54. Sive ut Rex ita imperet, quò vivifica crucis vexillo dignus habeatur. Rodolph. d. c. ult. histor. Franc. Sive per crucem belli victoriam & Regnum obvenire. Just. Lips. de Cruc. lib. ult. Ex concessione Carol. V. Imp. Fridericus II. Palatinus  $\mu\eta\lambda\phi\acute{o}\rho\omicron$  vacuo clypeo globum cruciferum ad Saxonis & Brandenburgici Collegarum imitationem, officiorum insignia suis gentilitiis inferentium, immisit. Marq. Freher. ad P. de Andlo lib. 2. c. 15.

*Rex Bohemiae appor-  
tat Scyphum seu  
cuppam argenteam  
vino et aqua reple-  
tam, quam porrigit  
Impatori ad bibendum.*

*Non  
servit sub corona  
regali nisi velit.*

34. Post hos Rex Bohemiae venit similiter super equo portans in manibus cuppam seu scyphum argenteum ponderis 12. marc. coopertum vino & aqua permixtum impletum: & descendens de equo scyphum ipsum Imperatori vel Regi Rom. porrigit ad bibendum. A. B. c. 27. §. 5. Quia Archipincerna est. d. c. 27. §. 5. quasi Vincerna à  $\kappa\epsilon\rho\acute{\alpha}\nu$  h. e. miscere. Comes Scanziarum, Pocillator Imperii. In curia Norimbergensi ab Alberto Imp. conscripta Rex Bohemiae Wenceslaus cum preciosissima veste & equo, qui ad mille marcas aestimabatur, sedens vinum in scypho aureo porrexit. Chron. Calmar. part. 2. fol. 60. Archipincerna Officium Bohemus sub corona Regali exercere non debet, neq. tenetur ad hoc, nisi velit facere

cere spontaneâ voluntate. Constit. Rupert. I. Comit. Pal. Vi-  
 carij S. Imperij. A. B. c. 4. §. ult. In processione verò, quando  
 regalia insignia portari contingit, Rex Bohemia Imperatorem  
 seu Regem ipsum immediatè sequitur. A. B. c. 22. vel sub co-  
 ronâ vel citra eandem, ad beneplacitum suum. d. Constit. Ru-  
 pert. I. Vicar. Compiler igitur Concilij Constantiensis redar-  
 guendus, qui coronam Imperatori deferre Bohemia Regem au-  
 tumat. Session. 14. Prasente, scribens, Serenissimo Domi-  
 no Sigismundo Rom. & Ungaria Rege, cum insignibus regali-  
 bus & nobilibus in his sibi servientibus: videlicet Dominis  
 Ludovico Comite Palatino Rheni in pumo sive mundo: Henrico  
 Duce Saxonia in ense: Friderico Burggravio Norimbergensi  
 in sceptro: Et Andrea filio Suevala Barone de Hungaria in  
 Coronâ ministrantibus & c. Corona siquidem imperiales Impe-  
 ratori præferri & quidem ab inferioribus ad hoc per Casarem  
 Principibus delegatis debent A. B. c. 26. At Bohemia Rex  
 in processione semper & ubiq; Imperatorem sequitur. c. 22. ead.  
 nec inferior Princeps dici potest qui in celebratione curiarum  
 hujusmodi in omnibus & singulis actibus quemcunq; Regem  
 alium quacunq; etiam dignitatis prærogativâ fulgentem ante-  
 cedit. A. B. c. 6. Tandem Bohemus ad processionem à Casare  
 non delegatur sed à lege vocatur c. 22. A. B. Imò Corona Im-  
 periales soli duntaxat Imperatori non Regi Rom. præferuntur  
 A. B. c. 26. §. 4. Sigismundus verò tempore Concilii Latera-  
 nensis adhuc saltem Rex nondum Imperator ipso Compil. fa-  
 tent. fuit.

Sequitur  
 Imperatorem imme-  
 diate.

35. Non licet autem alicui prædictorum secularium  
 Principum Electorum peracto officij sui debito se locare ad men-  
 sam sibi paratam, donec alicui suorum conprincipum Electo-  
 rum ejus Officium restat agendum, sed cum aliquis eorum vel  
 ali-

Nully  
 Elector ad mensam  
 sibi paratam se lo-  
 cat, donec omnes  
 Electores sua officia  
 peregerint.

L. 3



051

aliqui ministerium suum expleverint, ad preparatas sibi mensas transeunt, & juxta illas stando expectant, donec cetera ministeria sua expleverint, & tunc demum omnes & singuli ad mensas sibi positas se locant. A. B. c. 28. §. 4. Hodie plerumque alter alterum in curia regali concomitatur, & si ratio postulet, sibi invicem operam succurrunt. In Coronatione Maximiliani I. Imp. pelvim & manutergium SubCamerarii Palatinus, & Ernestus Saxonia Septemviri manibus contrectantes tenuerunt, Protocoll. Coron. Max. tit. 8. Idem ferme in Coronatione Aquisgranensi Caroli V. factitatum legitur. Protoc. Coron. tit. 9.

Electores

Peractis  
a quatuor viris officiis  
Subofficiarii  
Suppelletilis, quae  
Archiofficiarii  
fiunt, fruuntur  
et accipiunt.

36. Peractis à Quatuorviris officiis, ille de Hohen Zollern Subcamerarius equum & pelves Marchionis Brandenburg pro se recipit: Magister coquinae de Walpurg equum & Scutellas Comitum Palatini: Vicepincerna de Limpurg equum & scyphum Regis Bohemia: Vicemarescallus de Pappenheim equum, baculum, & mensuram Ducis Saxoniae. A. B. 27. §. fin. Nimirum hi sunt officiales hereditarii Imperii, Septemviris Officialibus à latere (Arabicancellariorum enim absentiam nec subofficiarius aliquis nec Legatus in typariorum gestatione supplet, sed tertius loco reliquorum esse potest. A. B. c. 27. §. 2.) qui non comparentibus suis principalibus officia Imperii deserviunt. A. B. c. 27. in fin. exclusis Electorum Legatis Hartm. Maur. in coronat Carol. V. Atque hoc jure utimur. Quod tamen indistinctè haut accipiendum, cum in actibus quibusdam Legatus subofficiario praeseratur. Jus enim conducendi in urbem Caesarem & Electores Legato in Archimarescalli absentia proprium est. Protoc. Coron. Caroli V. tit. 5.

37. Prin-



141.  
37. Principibus Imperii Secularibus & Ecclesiasticis  
feuda sua sive Regalia ab Imperatore vel Rege accipientibus  
subofficialium quilibet in officio suo ministrans 10. marcas ex  
inde lucratur. A. B. c. 29. Si verò ipsi vel eorum aliqui ab  
sentes fuerint, tunc officiales Imperialis seu regalis curiae in  
onere & lucro ubicunq; succedunt. d. c. 2. & 27. §. fin. cad.  
Nisi certis de causis aula cottidiana officiales subofficiariis Im-  
perii ab Imperatore præponantur, ubi tamen fructus Imperii  
subofficiales nanciscuntur. Capit. Imper. de anno 1619. §. Dies  
weil vns auch. Atq; hac pro instituti ratione more scholastico  
differuisse sufficiant:

———— moniti meliora sequemur.



41

OK 11/16 78

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



10217





B. M. II. 75.  
A. 13, 7.

SE  
OFI  
In qua  
manu  
A. M.

Typ

105  
II R  
1678

Sweden.

